




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Stavrologia Coloniensis

Gelenius, Aegidius

[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)




33

Th. 4933.




in Jesu Paderborn

[Handwritten signature or scribble]





Colleg. Societ. Jesu Paderb.
1655





*Reuerendissimo & Illustrissimo
Principi ac Domino,*

FRANCISCO GVILIELMO,
EPISCOPO OSNABRVGENSI,
*Mindensi, & Verdensi, S. R. I. Principi:
Comiti in VVartenberg, & Domino in
VValdt: Praeposito Katisbonensi, Bon-
nensi, Oettingensi, S. Coloniensis Eccle-
sia Archidiacono, &c. Principi,
& Domino meo Clemen-
tissimo.*



Ein columi ad nos
appulsu, redeunti
peregrè ILLV-
STRISSIMÆ
CELSITVDINI
TVÆ congratu-

† 2 la-

Epistola

laturus, nolui ab vsitato Maiorum
ritu discedere. Verum enim cum
vetus Patrum mos perennet et-
iamnum in Nepotibus, vt sacris
Ecclesiarum Principibus, Clerus
populusq; Crucibus pansis, atque
explicatis signis obuiam solemni
cum caremonia feratur: Ecce
HIERARCHA VENERANDE,
quotquot prodigiis conspicuas,
quotquot vetustatis opinione, po-
pulorumq; votis, ac religione il-
lustres Cruces, vniuersa Diœcesis
Coloniensis veneratur, breui hoc
Commentario, quasi patentē in
occursum TIBI, libuit. Neque
verò vel præ lens CELSITVDINIS
TVÆ spectata conditio, vel con-
siderata ratio publicorum tempo-
porum, quando tot malis auer-
runcandis, arma atque amuleta
omnia proferenda sunt, consulere
mi-

Dedicatoria.

mihi aptius poterat genus congratulationis. Siquidem Diuina illa Crux Heroïco pectori T v o haud secus ac triplex ex ære oppansa lorica, Prouinciarum T v a r v m naufragia, proteruarum Hæresum insolentiam, ararum lariumq; vastitates, bellis atque armis ardentia omnia, faciet T E aspicere fortiter, constanterq; tolerare. Nam siue suffixum Cruce, Mundi vindicem Christum contempleris, quid est, per Deum Immortalem, quod impotentiùs de nostris malis quiritemur? Pendent eius laceri flagellis artus, liuentes verberibus, sanguine decolores, horret dumis venerandum cœlis caput, hiat barbaro à ferro pectus, orbiumq; conditricis manus infamili ligno conclauantur. Ipse afferti à se Mundi ludus hîc ac fabula fit, orbis amicis, veste, fama,

Epistola

vita, vt impatientiæ nostræ nulla
suppetat excusatio, & benedictum
S. Crucis Lignum, in Exilij **Tv**
tam diuturni, atque ærumnarum
Tv **ARVM** vndas demersum, **ca-**
rum **TIBI** absynthium in promul-
sidem conuertat. Siue eiusdem
Ligni portentosas virtutes con-
templeris, eiusmodi sanè sunt,
quæ ad alas illius, velut ad publi-
cam dolorum, laborumq; phar-
macothecam **TE** inuitent, vnde
corporibus pariter atque ægris a-
nimis, vnde publicis priuatisq;
malis solatia præsentissima mu-
tueris. Iam vbi rerum orbe verso,
benignior **TE** fortuna domum re-
uocarit, nulla **TE** vota, venti, at-
que aues certioribus auspiciis eun-
tem prosequuntur. Nimirum sa-
cro sancta illa Domini Crux, cre-
bris aris ac votis honorata, omnes
TIBI temporum nubes ac nebulas
ex-

Dedicatoria.

explicabit. Illa detonantis TIBI
cœli, ac despumantis sali sternet i-
ras, illa post diutinam hanc pro-
cellam, expetitam tandem sereni-
tatem, annosq; TIBI aspirabit læ-
tos, ac plurimos, quibus ouilia
TVÆ, domitis hæresibus, repul-
lulante vera religione, pollens au-
thoritate, opibus valens, ditior vir-
tute, pius, fœlix, & pacificus admi-
nistres. Ita voueo, ac precor, per
parta in Cruce merita Christi Iesu,
Amen.

Reuerendissima & Illustrissima
CELSITVDINIS TVÆ

Colonia Kal. Ia-
nuar. Anno Do-
mini in quo[†]
MiseriCordia, Veritas
& pax elvs obvlabVnt.

Humill. seruus & cliens
ÆGIDIVS GELENIVS
Ltus Can. S. Andr.

Cum Facultate & Priuilegio Serenissimi
& Eminentissimi Domini Archiepiscopi
& Principis Electoris Coloniensis &c. Domini
nostri Clementissimi, &c,

L I C E N T I A.

Ego infra scriptus, ex commissione admodum
Reuerendi & Eximij P. Fratris Ioannis Phi-
lippi Fridt, S.S. Theologiae Doctoris, & S.S. Inqui-
sitionis Vicarij Generalis, summa cum voluptate
perlegi Librum, cui est inscriptio: *Stauologia*
Coloniensis, in qua de S.S. per Dicece-
sim Coloniensem sparsis Crucibus, repe-
titis ex omni antiquitate consideratio-
nibus differitur, Authore Ægidio Ge-
lenio, Lto Can. S. Andreæ: nilq; in eo reperi
à fide aut moribus dissonum, sed cuncta sanctis-
sime Crucis Christi venerationem suadere per-
spexi. Quare opus censeo dignissimum, quod lu-
cem aspiciat. Datum Colonia 29. Decembris
Anno 1635.

F. Iacobus Plenck, Ord.
Præd. S.S. Theol. Baccal.

Imprimatur.

F. Ioannes Philippus Fridt,
Ord. Præd.

CHRI-

CHRISTIANO LECTORI
VITA ET SALVS.



MAGNUM omnino est,
CHRISTIANE LECTOR,
Crucis Christi Sacra-
mentum, & immorta-
le mortalibus omnibus præsidium
in eo, qui pro mundi salute Crucis
supplicium delegit. Vnde nemi-
nem sanè tanti beneficij immemo-
rem esse conuenit, sed omnibus
viribus eò conniti, vt Redemptio-
nis suę instrumentum contra Ho-
stes Ecclesię attollat, & signum in
quo sanatus est, continua prædi-
catione deueneretur. Vestiganti
igitur mihi piè Dominicę Crucis
monumenta, quę domi forisq; in-
tra Diocesis Coloniensis limites,
cedro sanè atque adamante digna
se offerunt: dignissima laboris præ-
tio visa res est, vt memoria omniū
accuratis comprehensa fastis ad
posterorum notitiam perennaret.

A

Proin-

AD LECTOREM.

Proinde cum ad ea quæ pluribus
compilata è pluteis, de hac mate-
ria digesseram, variæ in super rela-
tiones ac testes accessissent, vni-
uersa S. Crucis monumenta Com-
mentario vno constricta æterni-
tati transmittere constitui. Erit (vt
opinor) Staurophilo Lectori non
ingratus conatus, satagetq; quan-
tum in ipso est, operam & subsi-
dium suum communicare, vt ita
aliquando pleniori narratione,
quicquid ad laudem Crucis Chri-
sti in Vbiorum Diœcesi pertinet,
cõplecti possimus. Quod vt prom-
pto magis ac libenti animo quisq;
faciat, stimulat eum, vt & me sus-
citauit nõ mediocriter, tũ ornan-
dę S. Crucis studium, tum insolens
illa, ac recentibus annis tanto nu-
mero atq; contentione populorũ
ad montem S. Crucis prope Bon-
nam accurrentium, nata religio.

I. ✠



I. ✠

IN FERDINAN-
DINA BONNENSIS
MONTIS BASILICA.



ERDINANDO Archiepi-
scopo & Principi Electori
Coloniensi, Bauariæ Du-
ci &c. sine fuco tribuere
possumus, quæ de Con-
stantino Imperatore fastis in veteribus
memorantur: ambos nimirum Domi-
nicæ Crucis & magnos & religiosos
prædicandos esse Veneratores. Et Con-
stantinus quidem (vt Auctor est Euse-
bius) Hierosolymis mediæ Urbis um-
bilico, quæ Hebræorum Metropolis est,
non modo Ecclesiam amplissimam ad
patientis Christi memoriam; verum et- *Constā*
iam viuificæ Crucis signo dicatum tem- *tin' M.*
plum sumptuosissima structura erexit. *S. Cru-*
Quin & de alia eodem à Constantino *cus cul-*

extructa Ecclesia, Anastasius Bibliothecarius in Siluestro hæc refert: Fecit, inquit, Constantinus in palatio Sessoriano Basilicam, vbi de Ligno S. Crucis posuit, & in auro & gemmis conclusit, cui & nomen Ecclesie dedit, quo nominatur vsque in hodiernum

**Ferdi-
nandus
Prin-
ceps Cō-
statini
Magni
emula-
tor.**

diem.] Nostra similiter tempestate, dum non pauci vigent inimici Crucis Christi, excitatus AVITA FIDE Sereniss. Coloniensis Archiepiscopus & Princeps Elector FERDINANDVS, Ecclesie atq; Imperij Romani columnæ & columna & c. ad accendendam fouendamq; in suis subditis erga passi Saluatoris arma deuotionem, in editiore iuxta Bonnam Monte, sacrosanctæ Cruci templum erexit, cui auro gemmisq; inclusas intulit Dominici Ligni reliquias, Magni in hoc tum Constantini laudandus æmulator, tum Coloniensium Maiorum sectator in obseruanda erga S.

**S. Lud-
geri fū-
dus ad
cruces.**

Crucem religione; cum & olim in patrimoniali B. Ludgeri fundo ad Arnapham (hodie auffs der Arpff) diœcesis Coloniensis fluuium, prope Nouesium locus deprehendatur ad SS. Cruces appellatus, vt in vita S. Ludgeri legimus:

Ac

Coloniensis.

Ac vetus sacellum in Monte Bonnensi iam memorato, id ipsum testetur, de quo rem paucis sic accipe.

Erat atque etiamnum hodie visitur Occidentem inter & Meridiem ante oppidum Bonnense, in secretiore montis sinu, vetus ac multis peregrinationibus celebre sacellum Dominicæ Crucis sacrum, cuius quidem loci solitudine & reuerentia delectatus Serenissimus atque Eminentissimus Dominus Noster capaciore S. Crucis Basilicam molitus est atq; exædificauit in parochia Endenich in ipso montis fastigio, vt tam Colonia quam ex circumiecta regione spectaretur. Templi forma Crucis instar habet, & excisę profundiores vię variis patientis Christi monumentis illustratę aditum præbent supplicantibus, ac pietatem vehementer promouent. Serenissimus Elector FERDINANDVS Bauarus atque Illustrissimus Princeps FRANCISCVS WILHELMVS Episcopus Osna-burgensis &c. vnà cum Reuerendissimo Cyrenensi Præsule Ottone Gereon &c. anno 1627. in sacris inuentæ Crucis Ferriis fundamentales lapides magno cum splen-

Vetus
sacellū
Bōnense
S. crucis

Nova
Bōnēsis
Ecclesia
S. crucis

1627.

Reliqua
S. crucis
in tēplo
Ferdin-
andino.

Fructus
Sodali-
tj & S.
Crucis.

6 splendore, religionis ergo collocarunt. Huic, ut iam ante memini, Ecclesiæ SVA SERENITAS auro inclusas dedit SS. Crucis Christi reliquias, & ut antiqua diœceseos Coloniensis deuotio, erga Virginem Matrem Saluatori compatientem restauraretur, erexit ibidem B. Virg. MARIE DOLOROSÆ Sodali-
tium, quod bis quotannis nouam Ba-
siliacam supplicatum adeat. Excreuit in-
de Principis in primis exemplo, loci reli-
gio eorūque, ut vno interdum die, de-
cem & plura hominum supplicum mil-
lia confluant Et quam id feliciter! dum
enim reliqua extorris est Germania, dū
integre prouinciæ sunt detentæ, hîc sub
Crucis umbra alta quiete fruimur, &
sub sanctissimi huius signi vexillo ac la-
baro tranquille pietati vacamus. Nimi-
rum *Diuina illa Crux* spei nostræ anchora,
sacer ille mons Tarpeia rupe firmiter
nobis est præsidium. Ferro & igni Impe-
rium circumquaque totum vastatur, so-
la in Coloniensi ditione, MAGNÆ MA-
TRIS LACHRYMÆ hostile incendium,
ut ne scintilla nos corripiat, extinguit,
& DOLORIS MARIANI GLADIUS NO-
stris

stris à ceruicibus inimicum ensē auer-
 tit, vt securi deuotioni nostrę incumba-
 mus. Adiecit insuper de thesauro meri-
 torum Christi, summum Ecclesię caput
 Urbanus VIII. spirituales quibus frua-
 mur & delitiemur dotes, vt nullum ad-
 eò hac tempestate vel securius vel iu-
 cundius asylum à SVA SERENITATE,
 quam sub clypeo Crucis, & in gremio
 ærumnosę Matris potuerit excogitari.
 Hic omnes auxilium & misericordię re-
 periant sinum: priuatę id publicęq;
 gratię obtentę restatum faciunt. Præter
 enim bellorum excussa pericula, & sin-
 gulares quoque personę sanitatem cor-
 porum obtinuerunt, & communis aëris
 intemperies miraculosè visitati huius
 Montis beneficio depulsa est. Verbis id
 referam Libelli, qui inscribitur: Regij
 Natales Confraternitatis VII. Dolorum
 B. Virg. Marię, iam Colonię impressi.
 Ita enim capite 3. habet: *Præbuit & certū
 miraculi creditum instar, salus repentina ho-
 neste in primis Fœmine, quę de B. Virginis æru-
 mnosa patrociniō, viue spei plena dum in S. Cru-
 cis monte sub ipsa supplicatione ex manu sacri-
 fici cœleste ferculum libat, à bienni, eoq; incu-
 rabilis*

*Miraculo
 la in tē-
 plo Fer-
 dinan-
 dino.*

rabili morbo consanuit. Accessit hoc notata palam omnibus pestifera contagis inopina depulsio, quæ Maio mense in ipso urbis Coloniensis corde nata virulentiam suam ad septimanas aliquot fundebat latius. Adeo enim sub ipsa prima supplicatione refrixit penitus, vt infecti tum plerique omnes reualuerint, eoq; ex die neminem virus ad menses aliquot afflarit. Inualuit quoq; fama cum claudi, tum aliorum quorundam miraculosa restitutio, quæ tam confusis mortalium in turbis certius nequirit explorari. Et quia tam fœcundi Sodalitij sub Dolorosæ Matris patrociniò facta est mentio, libet hic breuem eius Chronologiam subtexere.

CHRONOLOGIA ærumnosi Mariani Sodalitij.

ORiginem, primamq; institutionem Dolorosæ Commemorationis Marianæ, repeto ab ætate S. Simeonis vetuli ex primo nascentis Seruatoris anno. Hic enim diuinus Senex, cœlesti afflatus Spiritu, ærumnosæ Deiparæ commemorationem primus instituit, cum animam Virginis gladium pertransituum, ante quidem quam pertransiret,
præ-

prædixit. Sed in Virgine Matre omnia quoque cætera fuerunt maturè priuilegiata. Nondum erant abyssi, & iam ipsa concepta dicitur: nondum concepta erat, & à communis originis macula præseruatur: sic nondû dolorem illum perpessa, cum gaudio etiam pepererat, ac doloris eius tamen cõmemorationem facit instituitq; B. Simeon.

Anno Christi 12. ab ipsa Virgine Matre & B. Ioseph eius sponso, templo Doctorumq; Synodo introducitur ærumnosa commemoratio.

Anno Christi 33. ex Crucis Cathedra, ab ipso Summo Pontifice Christo Iesu, coram Ecclesia ibidem in monte Caluarie congregata, commemoratio ærumnosa auctoritatem accepit à Ioanne Archicancellario in tabulas Euangelij relata. Moxq; idem Ioannes Archigraphus quomodo sub Cruce steterit, totam compatiens Matris historiam diligenter annotauit, posteritatiq; reliquit. *Imago B. M. V. Adiecit Lucas pictor colores, atque vti ærumnosa sub Cruce steterat, mæsto vultu, lugubri habitu, depinxit in tabella quam ca picta modo intra diœcesios Coloniensis ter-*

A 5

minos Grefrad

minos Grefradense asceterium possidet ex dono (vt traditur) Engelberti Comitis Montium, Patris S. Engelberti Archiepiscopi & Martyris.

Circa annum Christi trecentessimum quadragesimum B. Ephræm Syrus, egregium Sermonem edidit de Lamentatione B. M. V. iuxta Crucem stantis.

Apud Nostrates Colonienses dolorosæ quoque Matris commemoratione olim viguisse non ambigo. Quamuis enim Nortmannorum temporibus omnia vastata sunt, & monumenta fere pleraque exciderunt; aliquid tamen innuere videntur verusta nomina B. M. V. in *Notshausen* / id est ærumnarum domo, prout est in diplomatibus S. Annonis, quam hodie B. M. V. in *Isolphkirchen* dicimus. Deinde *Notberg* / id est mons ærumnarum, & quæ huiusmodi alia in locorum nominibus vestigia supersunt. Præterea ad ærumnosam cōmemorationem trahenda existimo illa templa, quæ quondam ad subleuandas publicas ac priuatas ærumnas à diuersis erecta B. M. V. fuerunt. Tale nimirum inter alia est, quod nunc à doloroso Sodalitio incolitur

cur

tur Marianum Capitolium, extructum ante annos nongentos per B. Plectrudē iniquo diuortio tribulatā. Tale deniq; quod sexcentos & triginta quinque ante annos Otto III. & S. Heribertus inter Italicę expeditionis pericula vouerunt, ac deinde Tuitij ædificatum est in honorem B. M. Virginis. Imo ante annos quadringentos Dolorosæ Matris Christum in sinu gestantis simulachra miraculis claruisse, auctor est Cæsarius Heisterbacensis illustrium miraculorum lib. 7. c. 45. & 46.

Anno 1260. S. Bonauentura floruit auctor dolorosi Officij Mariani.

Ante annos ferme trecentos, anno videlicet 1343. Illustris Domicella Catharina à Gennep sub titulo S. M. Dolorosæ altare Nouesij instituit.

Post, Theodoricus (vt inquit Natalis Regij Cōfraternitatis septem dolorum B. M. V. pag. 4.) Archipræsul Coloniensis circa Domini annum 1423. cum Hussitarum per Bohemiam & Germaniam armata factio, cum supremo nominis Catholici discrimine, de Imperio dimicaret, exclusus omni humana ope, hinc demum rebus inclinatis columen est mutatus, præcipuas Virginis intemerata erum-

nas, quas ex laboriosa filij vita morteq; cepisset, à Clero populoq; coli religiosius iubet, Ecclesiarum choris festum pronunciat, feriam sextam post Dominicam Iubilate, per vniuersam diocesin, qua solenni ritu totiusq; Officij accommodato ad id genere celebratur. Consilio perquam secundo, quando reddita sibi tranquillitate Imperium Romanum, perduellium mox subactam proteruiam, exusti Hæresiarchæ ipsius cineribus consepultam vidit, &

Erronem fatuum simul Hæssum credidit orbis,
Ipsius in fumum, vt vidit abire caput.

Anno 1517. Leo Pontifex ad preces Caroli V. Sodalitium ærumnosum à Philippo Caroli patre fundatum maximis indulgentiis donauit.

Anno 1633. FERDINANDVS Bauarus Archiepiscopus & Princeps Elector Coloniensis, Fraternitatis Dolorosæ restaurator, per omnes Diœceses suas ærumnosam Marianam commemorationem cœpit propagare, eidemq; ab Urbano Pontifice magnum indulgentiarum thesaurum impetrauit.

II. III. ✠

II. III. ✠

B. GERONIS IN ÆDE
Metropolitana Coloniensi.

Hisce præmissis de Cruce Bonnensi,
 quæ potissimam huic scripto cau-
 sam præbuerunt, Coloniã ingrediõr, *Argentea*
 ubi se mihi primum offert erga crucifi- *Cruce B.*
 xum Dominum memorabilis affectus *Geronis.*
 B. Geronis Archipræsulis Coloniensis,
 Ottonis Magni ex Ludolpho filio Ne- *Lignea*
 potis, celebri etiam miraculo illustrat⁹. *Cruce B.*
 Hic enim diuinus Præsul Metropolitanã *Geronis*
 Coloniensem ædem, insigni argentea *à rimis*
 Cruce donauit, tum etiam celebre illud *miracu*
 eadem in Basilica Christi in Cruce pen- *losè sa-*
 dentis simulachrum, cuius caput rimis *nata,*
 fatiscebat, miraculosè impleuit, prout *vid. in*
 Dithmarus Mersburgensis Præsul ma- *hiero-*
 ximæ auctoritatis & fidei Scriptor com- *theca*
 meminit *Chron. lib. 3.* Nimirum post in- *precio*
 tentam ad Deum comprecationem, ubi *sa S En*
 memorati Crucifixi rimoso vertici tum *gelber*
 Eucharisticę Hostiæ portiunculam, tum *ti p. 82*
 ex S. Cruce festucam tenuem (fortè à *B. Ida*
 pedissequis sanctissimæ Matris suæ Idæ *Sueuica*
 Hierosolymis sibi allatam) imposuisset, *mater S.*
 ita *Geronis*

ita subito conualuerunt memorati Domini capitis fissuræ, vt vestigium earum nullum superesset.

**Monu-
mētum**

**Crucis
à rima
sanate**

**Metro-
polita-
nū**

Capitulum

**restau-
rauit.**

CruxB.

**Geronis
videtur**

**eadē q̄
CruXS.**

**Irmgar-
dis nūc**

**ante sa-
cristiā**

**Metro-
politan.**

Ara S.

**Crucis
Metro-
politan.**

Cuius rei memoriam ad B. Præfulis Geronis tumulum ex aduerso Engelbertini sacelli, expressam paucis abhinc annis Nuncius quidam sedis Apostolicæ iusserat obliterari, quod rei nescius opinaretur Episcopum repræsentari, qui Christum in Cruce moriturum sacris epulis reficeret. Sed ea de re Illustrissimum edoctum Capitulum, restituta priori imagine, illam S. Præfulis memoriam curauit renouari.

IDEM HOC pendentis Christi signum auguror esse, quod hodie ante ædis Metropolitane sacrarium, iusta viri magnitudine, Christum cruci suffixum atque aureo coronatum diademate repræsentat, & olim B. Irmgardem ab urbe reducem resalutauit. Ad cuius pedes erecta est & consecrata ara ferreis munita cancellis, ad quam singulis feriis sextis Dominicæ passioni sacris, sub meridiem lugubris decantatur Antiphona: *Tenebra facta sunt dum crucifigeretur &c.* Ad signi huius dexteram geniculatur Eques ex
no-

nobili domo Eibenbergica, prout affixa Sodalitium S.
 insignia ostendunt, circumquaq; suspē- Crucis
 sa conspiciuntur anathemata cereq; vo- metrop.
 tiue, è quibus duodecim excelsè admo- Cōiectu
 dum instar arborum exsurgunt, quas ra, ob
 quotannis Societas quæ illic ex sartora, ob
 rum tribu coaluit, solita est offerre. quas B.
 Quod vero vnum idemq; Christi cru- Geronis
 ce suffixi sit signum, conicio ex eo & B.
 quod eadem prorsus vitæ B. Irmgardis Irmgar
 scriptor afferat, quæ à Dithmaro de S. die crux
 Gerone memorantur: Deinde, quod eadē pu
 quas imagines auctor vitæ S. Irmgardis tatur.
 asserit in sacello B. Irmgardis esse depi- † Roma
 ctas, eæ in B. Geronis sacello potissimū na in tē
 hodie reperiantur. Ac vitæ quidem B. plo S.
 Irmgardis auctor hæc refert: Tertium Pauli
 B. Irmgardis Romam reuersa, solitæ va- salutat
 cavit pietati, atque templa obiens in æ- Coloniē
 de Paulina reperit simulachrum Christi sē † &
 Domini in Cruce expirantis; magnitu- B. Irm-
 dine, figura & specie geminum Colo- gardem
 niensi, quod in æde Metropolitana af- vi. hie-
 seruatur, & (veluti hæc postea in S. Irm- rothe.
 gardis sacello pictoris manu sunt depi- precio
 cta) coram ipso vbi procubuerat in ge- sã Co-
 nua B. Irmgardis, has è simulachri ore loniēf.
 ex- p. 105.

excepit voces: Præ ceteris electa mea fi-
 lia, virgo Irmgardis, illud à te peto, vt
 Coloniam reuerfa ædem S. Petri subi-
 ens, ibi simulachrum mihi simillimum
 in ara præforibus sacrarij. asseruatum
 salutes. Qua voce perculsa B. Virgo de-
 tracto peregrinationis pileo aduertit
 hanc cœlitus sibi à Crucifixi signo alla-
 tam vocem, cui se si digna foret paritu-
 ram respondit. Deinde sibi à Crucifixi
 dextra aduertit benedici. Illud velut o-
 men faustæ peregrinationis prosperæq;
 interpretata B. Irmgardis gratis Deo a-
 ctis Coloniam petiuit, vbi quamprimū
 mandati memor, S. Petri ingressa tem-
 plum, genibus submissis ita Crucifixi si-
 gnum salutauit: O SANCTA CRUX,
 Nobilis figura, O imago secundum si-
 militudinem Domini mei formata, in
 qua pro me misera in monte Caluariæ
 in die sancto Parasceues pependit, mihi
 Romæ hoc iniunctum est à simulachro
 tibi in omnibus simillimo, vt te redux
 salutem. Peracta salutatione, Crucifixi
 imago inclinato capite virginem ita est
 affata: Tibi, electa Filia, gratias ago.
 Quæ res vtpote cœlestis, non minimum

B. Irm-

B. Irmgardem recreavit, moxq; fama illius prodigij in Clerum diuulgata, fertur Episcopus solemniter instituta supplicatione, cœlestem hostiam in caput Crucifixi condidisse, vnde plurimorum clareat signorum editione, ipsumq; Crucifixi caput ita conclusum esse, ac si nunquam hiatu vlllo laborasset. Quo omnes tum Episcopus tum Clerus ac Ciues in stuporem dati, cum B. Virgine Irmgarde, cereis aliisque piis muneribus honorarunt Crucem, atque in hodiernum diem perpetua Lampade illustrarunt.] Hactenus historia vitæ S. Irmgardis, in qua quæ ad calcem adiiciuntur, ostendunt Christi pendentis effigiem eandem esse, quam à Gerone cœlestis Hostiæ & S. Crucis imposita particula à rimarum vitio curatam scripsit Synchronos Dithmarus.

IV. ✠

PILEGRIMI ARCHIEPISCOPI
Colon. circa an. 1030.

A Sseruatur quoque in Metropolitana Coloniensium æde, Dominice

B

nicæ

nicę Crucis segmentum auro gemmisq;
coopertum, quod à Pilegrimo Archie-
piscopo Principeq; Electore posteris
relictum, post annos demum quingen-
tos ab Illustrissimo Capitulo, suo pristi-
no restitutum est nitori: Eius hæc repe-
ritur inscriptio:

Ob Christi Saluatoris Nostri
Laudem, Crucis hoc venerabile
signum auro gemmisq; ornatum
Piligrinus Antistes dicari statuit:
A Posteris vero Decano & Capi-
tulo Metropolitano renouatum
est, Carolo V. Romanorum Impe-
rium, & Hermanno Pio à Weda
Sedes suas Coloniae & Paderbor-
næ foelicissimè gubernantibus.

V. VI. ✠

AD SANCTVM GE-
REONEM.

Segmen
S. crucis
ad S. Ge
reonem.

IN illustri Basilica BB Gereoni & so-
ciii Martyribus ab Helena Augusta
Crucis Repertrice quondam excitata,
fragmen

fragmen sacrosancti Ligni asseruari, Sa-
 crarium testatur Agrippinense : In pa-
 tenti quoque eiusdem Ecclesiæ campo,
 præclarum sanè & ad pietatem factum
 Christi in Cruce pendentis signum ere-
 ctum conspicitur, de quo hæc Chrono-
 graphus Coloniensis affert : Eodem, in-
 quiës, anno (erat à nato Salvatore 1496.)
 edificata est prope S Gereonem lapidea inter † in a-
 duos Latrones Crux, pretiosè id curante VVi- reas Ge
 nando de Ruremunda Ciue Agrippinensi. Hic reonis
 eandem per Archiepiscopalem in Pontificalibus miracu
 Vicarium consecrari & Indulgentiis losupleta- lisclaret
 ri obtinuit, coepitq; populus cateruatim ad eas
 promerendas gratias confluere, contingebantq;
 vt mihi relatum miracula, in claudis aliisq;
 plurimum etiam cere & candelarum offereba-
 tur, vt eapropter in Clero lites pullularint, Pa-
 store S. Christophori pretendente suam esse ob-
 latam ceram.]

Lis pro-
 pter ob-
 lationes

Ita Chronic. Coloniens. pag. 345.
 Saxo suppedaneo hi versus leguntur
 inscripti :

Hac quicumque via transis, sublimia passi

Signa Iesu Christi respice mente pia.

Struxit VVinandus Ritzmūdus clarus honore,

Diuitiis, fama, coniuge, prole, fide.

Restau- Renouatum 1627. (*Cata*
vatores. *Q*Vos *SAN*Ct*V*s Gereon ser*V*at sibi In a*De* *DI*-
*Co*LLegas, re*NO*Vant ha*C* bone *Ch*riste tibi.
Tu Clerū populūq; tua rege morte redemptos,
Da prisca prestent in pietate fide.

Ad venerandum signum hoc, ut au-
 ctor est Gerardus Harderuicenus Gy-
 mnasij Laurentiani in Vniuersitate Co-
 loniensi Regens, ingens olim populi in-
 terdiu noctuq; supplicantis confluebat
Supsti- multitudo, non absque superstitionis
tio à pie suspicione; adeo ut plurimum sententia
tate ar- ipsum signum videretur amouendum,
cerur. quod tamē minus aliis placuit, actumq;
 proinde est, ut nimius iste populi con-
 cursus aliquantulum temperaretur.

VII. VIII. IX. X. ✠
 VARIA DOMINICI LIGNI
 Segmina apud Colonienses
 asseruata.

COmplura in aliis Coloniae nostrae
 Agrippinae templis ex ipso Domi-
 nico Ligno segmina, aureis atque ar-
 genteis in Crucibus condita, Sacrarium
 commemorat Agrippinense. Vnum
 in

in Ecclesia S. Seuerini, aliud in insigni
 Diui Andreae Collegio, duo denique
 in S. Cuniberti Basilica, quorum alterum
 ex illis Dominici Ligni reliquiis, quas
 Dominicani Religiosi habent, à B. Al-
 berto Bauaro, cognomento Magno Ra-
 tisbonensi Episcopo resectum est, qui
 illud ipsum à B. Ludouico Rege Gallia-
 rum dono acceperat, veritate eius (vt *Veritas*
 traditur) experimento ignis probata. *Crucis*
 Vnde B. Ludouicus acceperit, Schultin- *igne pro*
 gius insinuat: *Baldwinus*, inquit, *Impe-*
rator Dominicae Crucis partem cum Spongia &
Lancea ferro Venetis pignori obligat, quae postea
Diuus Ludouicus potestate redimendi accepta,
in Regio sacello Lutetia condidit, institutis ibi
sacrorum ministris. Ex Genebrardo lib. 4.
Chronographiae, & Gagnæo lib. 7. &c.

XI. ✠

AD GRADVS B. M.

Virginis.

Ecclesia B. M. Virginis ad Gradus *Veritas*
 Dominicae Crucis Lignum habet, *Crucis*
 quod quidem (vt refert Sacrarium A- *iudicio*
 grippinense pag. 73.) per ignem tertio *gnis.*
 B 3 à B.

à B. Annone fuit examinatum. De eodem hæc in vita B. Annonis annis abhinc quingentis conscripta lib. 1. cap. 30 asseruntur: *Quod cum Epistolis Legatos suos (S. Anno) ad Græcie Regem direxerit, qui reuersi Dominici Ligni partem non modicam, aliq̄ Regalium donorum insignia, Rege transmittente, ipsi præsentarunt. Eiusdem ad 26. Octob. meminit Vluardus msc. Colonia auctus: Septimo, inquit, Kalendas Nouembris, Colonia in Ecclesia S. Mariae ad Gradus, festum aduentus S. Crucis Christi: quæ eadem ad illum diem Canisius in suo Martyrologio.*

XII. XIII. ✝

B. ALBERTI MAGNI
apud PP. Dominicanos.

*Veritas
Crucis
iudicio
ignis.*

IN PP. Dominicanorum sacratissima Crucis Ecclesia similis S. Crucis particula custoditur, quam (vt dixi) dono S. Ludouici Regis Gallorum datam, beatissimus Ratisbonensium Episcopus Albertus Magnus è collo gestauit, postquam igne eius explorasset veritatem, vt testatur quoque Agrippinense
Sacra-

Sacrarium pag. 172. Crux etiam lignea,
 quæ inter Chorum & Nauem templi
 omnium obuersatur oculis, ab eodem
 B. Alberto erecta est, quam cum aliis
 reliquiis tum festucâ Dominicæ Arbo-
 ris auro vestitâ inferfit. *Tertiam non ita
 dudum acceperunt è Dominico Ligno Crucem
 auro vestitam.*

XIV. ✠

AD S. PANTHALEO-
nem.

B Panthaleonis Cœnobium à pluri-
 bus sæculis, inter reliquias fragmē
 Dominicæ Crucis asseruat, vt author est
 Trithemius, idq; per Albertum Lacen-
 sem accepit tunc, quando Heisterba-
 censes suum, vt infra dicam, acceperūt.

*Crux S.
 Pantha-
 leonis.*

XV. ✠

DVSSELDORPIENSIS,
ex S. Martino Coloniensi.

S Egmen etiam ex eodem sanctissimæ
 Crucis Ligno, fuit Coloniae in Basili-
 ca S. Martini olim asseruatum, quod
 mo-

*Crux
 Dussel-
 dorpiens.*

*Cruce
& reli-
quia ful-
gure de-
teguntur*

modo traductum Dusseldorpij custo-
ditur. Hoc à B. Brunone Magni Ottonis
fratre Martinianis datum, & cum aliis
reliquiis inclusum Cruci, diu latuit, do-
nec fulgure incidente, non absque mi-
raculo detectum, agnitumq; enixius
obseruari cepit, ac tandem An. Dñi 1393
Wilhelmo Montium Duci concessum.
Vidi ea de re huius tenoris diploma.

Nos Theodoricus de Cornu, Dei Gratia Ab-
bas totusq; Conuentus S. Martini intra Colo-
niam, notum facimus omnibus presentes lectu-
ris siue legi auditoris: Quia Deus Pater & Do-
minus Noster, quæ suorum in terris Christiano-
rum saluti & consolationi proficiunt, abscondi-
ta esse non cupit: hinc per presentes testamur,
quod quondã diuina potentia fulguris mediante
ictu, in nostro Monasterio plurimas venerabiles
detexerit reliquias, quæ multis retro latuerant
annis: Atque tunc temporis ex Crucifixo, quem
superius in Ecclesia nostra habemus, excussa sint
nominatim reliquia Dominici Ligni, & de bea-
tissimo Martyre Laurentio. Fatemur vero pra-
sentibus, huiusmodi reliquias à Brunone Colo-
niensium Archiepiscopo in Monasterium no-
strum illatas, & in dictam Crucem insertas il-
lis temporibus, quando in Ecclesiam nostram
attu-

attulis SS Eliphium, Panthaleonem, & Albi-
 num, reuerenterq; transtulit, quas quidem S.
 Crucis & B. Laurentij reliquias antescriptas,
 Nos Illustrissimo Principi clementissimo Domi-
 no nostro V Vilhelmo Montium Duci & Comiti
 in Rauensberg dedimus, reuerenterq; transcri-
 psimus, intuitu fauoris, fidelitatis, & gratia,
 Nobis & Conuentui nostro varie impensorum
 & impendendorum, & in fidem horum Nos
 Abbas & Conuentus sigilla nostra hisce appen-
 dimus Datum anno Domini millesimo trecen-
 tesimo nonagesimo tertio, die 6. mensis Aprilis. 1393.

XVI. ✠

ALIA DVSSELDOR-
piensis.

Hic posteaquam de fulgure & Cru- Cruce à
fulgure
& tor-
mentario
 ce mentionem intuli, minimè ta-
 cendum duco, quid anno superiori in
 Cruce Dusseldorpiensi euenerit, cum mētario
puluerem
 ibidem fulgur in nitratum puluerem
 incidisset, Anno enim 1634. sub noctē immūis
 peruigilij B. Laurentij Martyris, horribi-
 li fragore tonitru Dusseldorpiensis op-
 pidi muro insertam Turrin tormenta-
 rio puluere refertam tetigit, qui flamma

correptus murum ac vicinas domos nō subuertit tantum, sed ipsam etiam turrim vsque ad fundamenta deiecit, vt nullæ adeo in toto oppido ædes à conuulsionis damno liberæ manerent, sola tamen simulachra, historiam repræsentantia occisi in monte Caluariæ Christi, licet vicinissima inflammatæ turri puluerarię essent, intacta remanserunt. Ipse quidem templi, post Crucis tergum, fornix totus laxatus est ac disruptus, imo vectes etiam ferrei ac pugno crassiores è ferro perticæ, quibus Crux & imagines iunctæ sustentantur, pulueris violentiæ referuntur cessisse incuruatę, sed in ipsa Dominicæ Crucis repræsentatione statuarum nulla est vel minimum læsa, cuius rei omnium incolarum aduenarumq; oculi testes sunt.

XVII. ✠
METALLINA IN ÆDE
S. Georgij.

Colonix in sacra B. Georgij eade hodie Crux est multis celeberrima miraculis, quæ ad ægros & in primis partus

rus difficultate laborantes fœminas præ-
lucente face deferri consuevit. Huius
religionis originem dum indago, hoc
vestigium reperi antiquitatis in Cæsario
Heisterbacensi lib. 8. illustrium mira-
culorum c. 25. vbi ita refert:

*Colonia in Ecclesia S. Georgij Martyris Crux Sacri-
metallina est, effigiem habens Saluatoris, per legium
quam miracula multa facta sunt ac sanitates, Aeditus
vnde multa luminaria Matrone Ciuitatis co- Crux
ram illa accendere consueuerunt: maxima ta- vindi-
men causa illarum virtutum fuisse creditur, cat.
portio Dominici Ligni, que inclusa habebatur,
qua nunc extracta, gemmis & auro circumda-
ta est: Campanarius vero eiusdem Ecclesia, cum
nullam ei reuerentiam exhiberet, sed vadens
cubitum frequenter luminaria inde subtrahens,
in vsus suos conuerteret, nocte quadam cum se
in lectulum inclinasset, & adhuc vigilaret,
Crux eadem ad illum venit, & cum voce incre-
pationis tam valide tucudit, vt infirmatus mul-
tis diebus sanguinem vomeret. Huius miraculi
ego bene recordor, & erat celeberrimum in tota
Ciuitate, ita vt ab illo tempore in maiore ve-
neratione habita sit eadem Crux.]* Hactenus
Cæsarius.

Hodie Crucem illam metallinam ar-
gen-

gentea vestit lamina, & cum ad parturientes defertur, orationes atque Evangelia, præscripto per Capitulum ritu à Sacerdote ex Libro recitantur, in eundemq; Librum beneficia à Deo obtenta referuntur. Adhæc, prout ab Ecclesiæ Thesaurario audiui, inclusa quoq; sunt metallinæ Cruci paucula sarmenta derasa, cum Crucis Dominicæ reliquiæ polirentur, & in nitidiore argentea Hierotheca recondentur.

XVIII. ✠
IN WESTHOVEN.

Libet hic subtexere, quod sequenti capite subnectit Cæsarius, de Cruce in Westhouen Diœcesis Coloniensis, primo ultra Tuitium trans Rhenum lapide.

In Comitatu de Monte, non multis abhinc annis inter duas cognationes militum tam graues inimicitia orta sunt, vt se inuicem caperent & occiderent: Die quadam cum plures vnius partis conuenissent in Ecclesia Villa, quæ Vestupe dicitur, aduersa parti per vetulam proditi sunt; dederat enim signum, dicens: Quoties intrare-

trauerint, toties nolam traham. Quod cum fecisset, Ecclesiam cum multitudine ingressi armati super inermes irruerunt, quo viso, illi arreptis sacris imaginibus gladiis opposuerunt, sperantes illarum sibi beneficio parci debere: percussores vero nullum loco exhibentes honorem, nullam sacris imaginibus reuerentiam, ita hostium cruorem sitiabant, ut imagines oppositas mutilarent, ipsiq; Crucifixo brachia prae-scinderent, & octo circiter milites trucidarent in Ecclesia: Quod sacrilegium dure satis vindicatum est, nam intra breue tempus ab occisorum consanguineis occidentium numerosa multitudo sic gladio deleta est, ut vix duo superessent: vetula vero, quæ illos prodiderat, tempore messis nimio aëris calore suffocata est.

XIX. ✠

IN ALDENRVDEN ER-
ponis de Padbergh Comitibus.

A Cruce Westhouensi, quæ de mutilatoribus suis huiusmodi vindictam sumpsit, de labor ad illam quæ in Aldenruden miraculis est longe lateq; famosa, in qua Lignum Dominicæ Crucis, pedes, manus, caput, argenteis vestita sunt laminis.

Est

Mars-
purg.

Est pagus Aldenruden, sub ditione (Gograuiatu) Rudensis in Westphalia oppidi, quo sacra Crux ex oppido Martismōtano perlata fuerat, quam quondam Erpo Comes Padbergenfis vbi læserat, repentinam sanè vindicem sensit: ac licet postmodum Truchsiesiani belli furor eam pessunderit, attamen quæ substituta modò est, miraculis non minùs claret. Porro diploma Erponis Comitis, contra nostræ tempestatis sectarios atque inimicos Crucis Christi hîc sub-
texas:

Erponis
de Pad-
berg Co-
mitis
brachiū
arescit,
cū Cru-
cē ledit.
1101.
vi. hist.
S. En-
gelber
p. 224.

Erpo Dominus & Comes in Padberg, ad no-
titiam omnium fidelium peruenire desideram?
Quod nos ad honorem Domini nostri Iesu Chri-
sti & sanctæ eius Genitricis Virginis Mariae &
super reuerenda ossa B. Landelini Confessoris,
que sanctæ memoria Baderardus Padburg Epi-
scopus de Dicecesi Cameracensi transtulit, &
in loco qui dicitur Boka, integraliter deportauit,
nouellam plantationem Religionis S. Benedicti
construximus super fluuium qui dicitur Lippia,
quod opus Constructura mea consilio & adiu-
torio Domini Henrici Paderbornensium Epi-
scopi inceptum Comites de Niteh, minis & ter-
roribus, ne perficeretur, impedierunt, asserentes
se ve-

se veros heredes huius loci esse, post mortem Dominae Beatricis Coniugis nostra, vnde iuncto consilio predicti Epi transmigrauimus Abbatens & fratres eius, qui cum ipso erant, in Villam quae vocatur Fleckdorp, & ibi incepimus structuram nostram consummare Anno gratiae M. C. primo, & ad honorem pie Matris: & vt ardentius instarem, benignissimus Deus flagello suo me torpentem excitauit, hoc modo: Quodam tempore oppidanis in Harhausß, forte iniuste in tantum offensus, vt incendio oppidum ipsorum totaliter destruere & cõsumere vellem, & iam ignem immittendo, quidam ex ipsis oppidanis, ad Ecclesiam S. Magni gloriosi Martyris fugientes, Imaginem Crucifixi Domini rapuerunt, & eam ferentes obuiam mihi furenti processerunt. At ego præ furore rationem non capiens, ad portatores euaginato gladio, vt stultus miser irrupi, & quod Crucifixo pro Corona Capiti impositum erat, percussi, & partem in terram deieci; nec sine mora vltio Diuina defuit. Nam digiti mei quibus ferrum ad contumeliam sanctarum reliquiarum strinxeram, & manus in volam contractæ sunt, ac sic presentiam æterni Iudicis & iram præfensi. Tunc igitur eius flagello castigatus, & tamen de eo quod scriptum est: Flagellat omnem filium quem

quem

quem recipit, fiduciam sumens, præsuebam
 à misericordia Dei me diligi, quod merebar af-
 fligi, præfata Ecclesia B. Magni, de meis posses-
 sionibus mansum vnum, & Monasterio meo
 Flechtropensi omnia mea, & me ipsum, Mini-
 steriales meos cum beneficiis, possessiones item
 & seruos meos omnes, mihi bene in hoc consen-
 tientes, Domina meæ perpetua Virgini Mariæ
 contradidi. Constituo igitur, & præfente sigillo
 scripto roborato, iubeo, & post mortem meam,
 aliam personam Abbas, & qui cum eo sunt fra-
 tres eligant, & ei proprietatem Monasterij mei
 tradant: & eius consilio & permissione aduo-
 catum ad tempus vnius anni, vel duorum si o-
 pus sit, eligant, finito vero Aduocatiæ suæ ter-
 mino, iterum si necesse sit, non de progenie prio-
 rum, sed alium, vt caueatur ne aliquis in aduo-
 catiam hereditario iure succedere possit. Mini-
 steriales mei, quomodo sunt ministeriales Mo-
 nasterij, in quacunque parochia moriantur, se-
 pulturam in prædicto meo Monasterio eligant
 & habeant, & optimum equum quem quis
 habeat, & arma ibidem offerat, iura vero in
 accipiendis vel dandis hereditatibus secundum
 iura Ministerialium, vbi se tradiderunt, ha-
 beant. Anno millesimo centesimo quarto,
 Nonas Iulij.]

XX. ✠

DIPLOMATI HVIC,
attexo alia duo de offensa Cruci-
fixi Imagine miracula, ex Cæsario
lib. 10. Illustrium miraculo-
rum c. 19. & 20.

TEmpore (inquit) discordie inter Ottonē & S Goar.
Philippum, in Oratorium S. Goari Con-
fessoris (quod situm est in territorio Treuirensi,
& est firmissimū, tum propter situm loci, tum
propter structuram) prouinciales se suaq; trans-
tulerunt, quo cognito V Vernerus de Bouland,
vir potens & diues, cum ad expugnandum illud
arietes machinasq; applicuisset, nec tamen pro-
fecisset, Imaginem Crucifixi ligneam, hi qui
de intus erant, contra hostes in quandam fene-
stram posuerant, sperantes quod ob illius vene-
rationem loco parcerent. Quidam vero ex bali-
stariis de Cruce non curans; imo locanti illam
indignans, telum misit, & sacram iconam pro-
fundè satis vulnerauit: Mox mirum in mo-
dū antiqua renouantur miracula, & ad instar
vena humane, sanguis de loco vulneris cœpit
stillare. Timore tanti miraculi postea dictus
V Vernerus Cruce signatus est. Audiens tanta

C

mi-

mirabilia Dominus Philippus Abbas Otterburgensis, locum adit, de rei veritate inquisiuit, cui cum ab omnibus hoc, quod predictum est, diceretur, Iudeus qui tunc casu adfuit, Abbatem in partem traxit, dicens: Verè Domine verissimum est, quod audistis. Et sicut ipse mihi retulit, multò amplius delectabatur in testimonio inimici, adhuc telum ibi reseruatur, adhuc vulnus & sanguinis stigmata illic ostenduntur, vtraque Abbas se vidisse testatur.

XXI. ✠

Circa idem tempus Otto contra Philippum ascendens cum exercitu vsque ad VVurzeimburg peruenit, ibi satellitibus eius Ecclesiam quandam intrantibus, vnus ex illis Crucifixum, in eminenti loco positum, tunica linea, & cum multo studio consuta rectorum vidit, & concupiuit: Quam cum manu non potuisset attingere, lancea nisus est extrahere, & quia firmiter imiter imagini connexa fuit, in diuersis locis xilignū eam pupugit; Dominus verò vt sibi factum o lanceis stenderet, quidquid eius imagini iniuria vel punctū, contemptus irrogatur, egit sua potentia, vt de sāguine singulis punctiōibus sanguis vbertim emanat. ret. Semel adhuc mortalis confixus atque lanceatus

Coloniensis.

35

ceatus est in terris, & tamen quotidie sedens
ad dexteram Patris, se configi per Prophetam
conqueritur, dicens: Et me vos configitis
gens tota die.] *Malatz*

XXII. ✠

RAVTENBERGICA.

NEquè hîc prætereundum est, quod
nostra tempestate, licet quoque
extra Diœcesin Coloniensem, audiui-
mus in Hildeshemensî scilicet Episco-
patu, contigisse miraculum. Berthol-
dus Principis Brunsvvicensis Sarrapa in
Lauenstein, possidet sub Serenissimi
Archiepiscopi nostri FERDINANDI ter-
ritorio Hildeshemensî pagum Rauten-
berg, ad iurisdictionem Sarrapiæ Stur-
vvaldensis spectantem. Huius loci cau-
po eum anno 1618. decimo die Aprilis
epitaphium aliquod ligneum defunctæ
uxori ponendum fabro locasset, faber
pro libertate sua ex veteri Catholico
more, Crucifixi imaginem tumulo præ-
fixit. Biennio post anno 1620. festo S. *† globo*
Thomæ, eodem in cœmiterio eiacula- *traiecta*
toriam nonnulli exercent, hos inter, ut *cruore*
distillat

C 2 præter legitima testimonia etiam fama *fa-*

fama est, Bodo Prædicantis filius, dextrum Crucifixi brachium plumbea glâde traicit, elicitq; copiosum inde manantem sanguinem. Accurrit ad huiusmodi portenti insolentiam, admiranda Acatholicorum turba, non sine conspectæ rei veneratione. Interim fatuus præco pium vt sensum atque opinionem aspectantibus excuteret, ambone consersso multa stolidè blaterat, frustra contendens non sanguinem, sed viridiori è ligno vliginē aliquam destillasse, cum tamen ex fabri confessione constaret, ex aridis & biennio siccatis lignis fabricatam Crucem esse. Idem Præco dilui Crucem aquis, & radi diligenter curat, sed & humum quam sanguis copiosè irrorauerat, sarculo vertit: at fuit nihilominus vel apud ipsos fidei nostræ hostes, tanta prodigij huius æstimatio, vt nulla fraude potuerit eius certitudo eleuari. Translata est deinde Crux eadem ab inuicto Duce Tillio in arcem Sturvvaldensem, vbi etiamnum cum tanti prodigij memoria, summa cum religione asseruatur. *Ex prothocollo inquisitionis.*

XXIII. ✠
IN ECCLESIA B. M. V.
Capitolina.

Nunc ad lustrandas cæteras, in Ci-
uitate Coloniensi, Cruces redeo;
inter quas illa in Capitolina B.M. V.
Basilica, celebrioribus annumeranda
est. Prædicatur enim à frequentia por-
tentosorum beneficiorum; & quia
Christum à planta pedis, vsque ad ver-
ticem, vulneribus & sanguine cruen-
tum repræsentat, intuentium animos e-
gregio pietatis sensu perstringit. Prodi-
giosum admodum est, quod in ea accu-
rationes obseruant, videlicet, labente
sensim tempore, caput magis magisq;
demitti; & reliquum corpus, quodam
velut pondere paulatim deorsum trahi,
ita vt clauis, qui pedes & manuum pal-
mas transfadigunt, fixi maneant: ipsa
verò vulnera, corpore subsidente, pro-
ducantur. Nam pedes non secus, atque
à clauis scissi, sectique, plagis à media
ad summum pedis calcem, ex crescenti-
bus velut sulcis patent, & clauis mani-
bus infixi cæptas adeo in palmis cica-

†Capit.
solina
Colon.
seipsam
prodigi-
ose incli-
nans.

Stauologia

trices extenderunt, vt extra manus, me-
dios inter digitos, hærere videantur,
palmaris solum pellicula, clauis contra
lapsam implicata est, plagarumq; aspe-
ctum intuentibus nudat, non secus, at-
que si artificis manu, repræsenterentur
laxatæ & perruptæ vulneribus palmæ,
ipseq; etiam Crucifixus ex protensa, &
decoriata penderet pellicula. Cruci
huic affixa Saluatoris Nostri effigies,
geminis, nummis, torquibus, aliisq; di-
catis muneribus tecta est, piorumq; a-
nathematis cum hac in tabella appensa
inscriptio:

*Reliquia
in cruce
Capitoli-
na.*

1304. ANNO DOMINI MCCCIV.
in die B. Barbaræ Virginis
& Martyris.

*Hac Crux veneranda, benedicta est à vene-
rabili Patre Domino Henrico, Rodestonensi E-
piscopo, auctoritate Decani & Capituli Colo-
niensis, gerente vices in Pontificalibus, sede per
mortem Domini VVicboldi Coloniensis Archi-
episcopi vacante. Imposita verò sunt subscriptæ
reliquiæ venerandæ Cruci præfata, à prædicto
Domino Henrico, die sua Consecrationis præ-
notato.*

De

De Ligno S. Crucis Domini,

De spinea Corona Domini,

De Spongia Domini,

De Lancea Domini,

De Arundine Domini,

De Prasepe Domini.

De Lacte B. Virginis,

De Capillis eiusdem,

De Vestimentis eiusdem,

De Sepulchro eiusdem.

De SS. Apostolis,

De Osibus B. Ioannis Baptiste,

De Osibus S. Petri Apostoli,

De Osibus S. Andreae,

De Osibus S. Bartholomei,

De Pileo S. Thome.

De SS. Martyribus,

De S. Laurentio,

De S. Stephano,

De S. Quirino,

De S. Hippolyto.

De SS Innocentibus,

De S. Gereone, & sociis eius.

De S. Victore, & sociis eius.

De SS. Confessoribus.

De S. Martino,

De S. Nicolao,

De S. Arbogasto,

De SS. Seruatio, Benedicto & Siluestro.

De SS. Virginibus & Continen-
tibus.

De S. Maria Magdalena,

De SS. Agnete & Agatha,

De SS. Lucia & Barbara,

De SS. Catharina & Cecilia,

De SS. Balbina & Praxede,

De S. Ursula & sociis eius, una cum reliquiis
Sanctorum multorum, quorum nomina
nouit, qui nihil ignorat.

OMnibus igitur locum istum ob memoriam
Crucifixi pie visitantibus, & S. Crucis
patrocinia implorantibus, nec non & memo-
riam in orationibus suis Domina Hadeluigis
huius loci quondam Abbatisse habentibus, sin-
gulis diebus quoties expetierint, quadragesima
Indulgentiarum de iniuncta poenitentia mise-
ricorditer relaxantur.

RENOVATVM

anno 1582.

AN Capitolina ista Crux vetustior sit, quam commemorata An. 1304 reliquiarum impositio, sedula inuestigatione comperire non licuit. Constat tamen, quingentis & septuaginta ab hinc annis, in eadem Capitolina Basilica Crucem extitisse, coram qua, loci illius Professa, quædam beata pœnitens, à commisso facinoris probro miraculosè fuit liberata, vt testatur vita B. Annonis lib. I. c. 14.

*Lapsa à probri ignomi-
nia libe-
ratur
benefi-
cio Cru-
cis.*

XXIV. ✠

APVD CAPVCINISSAS
Colonienses.

Capitolinæ gemina Crux est, quæ in Sacello S. Annæ Capucinissarum Colonensium asseruatur. Minor quidem forma est, & in qua vulnera non extenduntur: Caput tamen Crucifixi Domini sese sensim inclinat, nullo rupturæ, aut rimæ facto indicio, non secus atque si caput ita incuruatum, manus

*Cru-
caputis
clinans*

C 5 nus

nus sculptoris excidisset. Idq; magno
 fanè iuncti asceterij bono, sedecim
 namque abhinc annis occasione huius
 diuturni miraculi, R. P. Marcus Ipre-
 nis, Ord. S. Francisci Capucinorum, di-
 fertus Verbi diuini præco, perorare illic
 cæpit, de cœlestis gratiæ inclinatione,
 tantumq; Monialium commouit ani-
 mos, vt ad arctius vitæ genus perquam
 omnes aspirarent. Quapropter, mutua-
 tâ à S. Audomaropolitanis in Flandria
 Virginibus lege, auctoritate verò FER-
 DINANDI Archiepiscopi & Principis E-
 lectoris Coloniensis &c. atque Antho-
 nij Albergati Episcopi Vigiliarum,
 Nuncij Apostolici, reformationem ad-
 miserunt, & in tertiam suam, quam pro-
 fitebantur S. Francisci regulam, intro-
 duxerunt Clausuram, habitum, cære-
 monias & cōstitutiones Capucinarum,
 Idem seuerum Institutum Paulus V.
 Gregorius XV. & Urbanus VIII. Pon-
 tifices Maximi, variè demum approba-
 uerunt, amplexataq; sunt nobilissimæ
 regionis nostræ Virgines, quæ etiam au-
 spiciis altè memorati Archiepiscopi
 Ferdinandi colonias rigoris sui Pader-
 bornam

Capuci
 nissarū
 Colon.
 prima
 insti-
 tutio.

Capuci
 niss. Co-
 lon pro
 pagatio
 in parti-
 bus Rhe-
 nanis,
 in Flan-
 dricis n.
 regioni
 b^o supra
 16. ha-
 bent Mo-
 nasteria

hornam & Bonnam deduxerunt. Hæc, de qua loquimur, Cruci adscripta sunt:

Heus, deuote Viator, in hac pretiosis Reliquiis circumdata Christi Crucifixi Imagine, admirare prodigiosam Capitis inclinationem, quæ ab annis aliquot, paulatim magis magisq; profecit, atque eâ piè obseruatâ, Redemptorem precare Nostrum, vt Gratiæ suæ ad nos demittat charismata, qui propter nos in Cruce inclinato capite expirauit.

*Inscriptio.
Crucis
apud
Capucis
missas.*

XXV. ✠

AD ALBAS DOMINAS.

In Sacello B. Mariæ Magdalenæ, vulgo apud Albas Dominas, sub Cœnobij surgentis incunabula, Monialis fuit, quæ Sodales suas pio erga Dominicam Passionem affectu, longè antecellebat. Hæc cum dies noctesq; hæreret coram

*Cruce
ex ar-
do mu-
ro spon-
te ex-
crescent*

quadam in ambitu Crucifixi imagine, reliquas offendit Sorores, quasi communis vitæ limitem excedendo, singularitate aliqua, præ reliquis sanctitatis prærogatiuam affectaret. Itaque ei dictam Crucem, quam apprimè venerabatur, non tamen affectum ad eam, sustulerunt. Pia Virgo, cum imaginis dilecti sui absentiam grauiùs, vt parerät, ferret, & multo lachrymarum imbre, furtum hoc incusaret, suumq; desiderium pasceret, ecce tibi, ex arenti materia, lachrymis copiosis rigata, arboris & Crucifixi figura excrescit, quam illa, vt feliciter adolesceret, eodem quo excitauerat imbre, indefessè rigauit. Eandem curiosè explorans, non lignum sed esse radicem repræsentantem accuratè per omnia Crucem, Crucifixum Dominum, Clauos, sanguinem, barbam & capillos, deprehendes. Hæc porro Crucis eius est inscriptio:

*Inscri-
ptio S.
Crucis
ad Al-
bas Do-
minas.*

Anno reparatę Salutism. c c x x x
cum B. Marię Magdalenę, vulgò
Albarum Dominarum, Cœno-
bium, auctoritate Archipræsulis
Agrip-

Agrrippinensis reformaretur, Mi-
raculosa hæc Christi Imago arida
ex * maceria in Cœnobij ambitu
Religiosæ piissimæq; Virginis de-
uotioni Deo permittente excre-
uit.

NB.
Archie-
pūs erat
Hēricus
de Mole-
uarek.
*mura-
ta, mu-
ro.

XXVI. ✠

AD S. MAXIMI-
num.

In Ecclesia S. Maximini ingens aurea
Cruce est, cui hæ Reliquiæ inclu-
duntur:

DE Cruce Domini Nostri IESV Christi,
De Sudario, quod positum fuerat super
Caput Iesu: De Sindone, qua inuolutus Domi-
nus Iesus sepultus fuerat: De loco inuentionis
S. Crucis Domini nostri: De Veste alba, qua in-
dutus fuerat coram Herode: De purpurea Veste,
in qua potatus fuerat aceto & felle: De loco,
in quo Mariâ obuiante Iesus cum Cruce cecidit
in terram.

XXVII. ✠

AD SS. APOSTOLOS.

IN SS. Apostolorum Basilica, Cruci-
fixus

Crucifixus gigantea statura Reliquis refertus fixus est cum B. V. Mariæ, & dilecti Apostoli Ioannis staturis gigantea planè statura. Ipsa quidem corporum moles aliquid deformitatis præsert, quia Reliquis tamen Crux referta creditur, celebrioribus meritò accensetur. Quanti porrò Maiores nostri mausolæum hoc æstimarint, tum ipse tholus quo operitur, tum circumiecta crates, & candelabrorum multitudo argumento sunt posteritati.

XXVIII. ✠
L I N N E N S I S.

Cruc Linnen. Annua processione celebris. **L**innæ, inferioris diœceseos Coloniensis oppido, parochialis B. Margaritæ Ecclesia, crucem habet miraculis, & annua supplicatione celebrem, in qua solebant pro Concione, eius miracula prælegi. Hic Indulgentias etiam Linnensem crucem venerantibus, superiori sæculo concessas, vidi. Diploma Indulgentiarum sic habet.

Indulgentia crucis. **R**aphael Ostien. Dominicus Portuen Franciscus Prænestiensis, & Franciscus Albanien-

niensis Episcopi, Adrianus tit. S. Chrisogoni, cis Lin-
 Leonardus t. S. Petri ad Vincula, Petrus t. S. nensis.
 Eusebij, Laurentius tit. SS. Coronatorum &
 Adrianus tit. S. Sabine presbyteri, Alexander
 S. Eustachij, Marcus S. Mariae In &
 Sigismundus S. Mariae noua Diaconi, misera-
 tione diuina S. Romanae Ecclesiae Cardinales,
 vniuersis & singulis Christi fidelibus praesentes
 litteras inspecturis Salutem in Domino sempi-
 ternam. Quanto frequentius fidelium mentes
 ad opera Charitatis inducimus, tanto salubrius
 animarum suarum saluti consulimus: Cupien-
 tes igitur vt altare S. Crucis, situm in parochiali
 Ecclesia oppidi Linna Coloniensis diocesis, prope
 quod Altare, vti accepimus, quaedam venerabilis
 imago eiusdem S. Crucis seu Saluatoris Nostri,
 ad quam populus oppidi singularem gerit deuo-
 tionem, extat honorifice collocata, congruis fre-
 quenteretur honoribus, & à Christi fidelibus iu-
 giter veneretur, ac in suis structuris, & aedificijs
 deuote reparetur, conseruetur & manu tenea-
 tur, nec non libris, calicibus, luminaribus orna-
 mentis Ecclesiasticis & rebus alijs, inibi diuino
 cultui necessarijs, decenter muniatur. Ex quo
 Christi fideles ipsi eo libentius deuotionis causa
 confluant, ad idem, & ad reparationem, con-
 seruationem, manutentionem, & munitionem
 huius-

huiusmodi manus promptius porrigant adiu-
trices, quo ex hoc ibidem dono cœlestis gratia
vltcrius conspexerint se resectos, Nos Cardina-
les præfati videlicet quilibet nostrum per se sup-
plicationibus dilectorum nobis in Christo Ioan-
nis Haës ac Communitatis dicti oppidi super
hoc humiliter porrectis, inclinati, de omnipo-
tentis Dei misericordia ac BB. Petri & Pauli
Apostolorū eius auctoritate confisi, omnibus &
singulis Christi fidelibus vtriusque sexus verè
pœnitentibus & confessis, qui dictum Altare in
singulis videlicet Inuentionis, & Exaltationis
ac quæ ibi celebratur, Deportationis eiusdem
crucis, S. Margareta, necnon etiam quæ ibidem
& eodem in die celebratur Lancea & Clauo-
rum Passionis Domini Nostri Iesu Christi, festi-
uitatibus & diebus à primis vesperis vsq; ad se-
cūdas vespers inclusiuè deuotè visitauerint an-
nuatim, & ad præmissa manus porrexerint ad-
iutrices pro singulis festiuitatibus & dieb. prædi-
ctis quibus id fecerint centū dies de iniunctis eis
pœnitentijs misericorditer in Dño relaxamus.
Præsentibus perpetuis futuris temporibus dura-
turis, in quorum fidem literas nostras huius-
modi fieri, nostrorumq; sigillorū iussimus ap-
pensione muniri. Datum Romæ in Domibus
nostris Anno à Natiuitate Domini M. D. XVII
die

Coloniensis.

49

die verò XVII. Mensis Augusti Pontificatus
SS in Christo Patris & Domini nostri Do-
mini Leonis Diuina prouidentia Papæ De-
cimi. Anno 5.

D. Valleden Protho.

Ioannes Halterc.

Locus 12.
Sigillorum.

XXIX. ✠

GODESBERGIENSIS.

Medio itinere, inter Godesberg-
Mensem arcem ac Bonnense oppi-
dum, Crucis affabrè structum occurrit
mausolæum, nunc belli Trucksesiani
iniuria miserè laceratum, Walramus
Archiepiscopus poni illud curauit, fu-
itq; huc, viâ publicâ, tantus olim ob mi-

Mulci-
tudo pe-
regrino
rū apud
crucem,
Go-
desber-
gensem.
Sedie

D

racu- VValra

mus de raculorum famam populi concursus
Iuliac. prope indiscretus, ut inhiberi debuerit
Anno à Theodorico Archiepiscopo, suaden-
1335. te id legato Pontificis: prout auctor est
Sedit Gerhardus Haderuicensis, supra in cru-
Theodo ce S. Gereonis à me citatus.

rus de
Morsa
Anno
1414.

XXX. ✠

SANCTI HERIBERTI
apud Tuitienses.

INter miraculosas quoq; Cruces est
 illa numeranda, quæ, teste B. Ruper-
 to Tuitiensi Abbate, nulla ex arbore
 sculpi poterat, præterquam eà ex pyro,
 in cuius contemplatione S. Heriberto
 vera Christi Crucifixi species se exhi-
 buerat. *Cruce* *ex alia* *arbore* *strui nō* *pōt, quā* *ex pyro* *reuela-* *ta B.* *Heri-* *berto.*
aliud, quod similiter non est prætereundum,
 neque ratione vacare putandum. Nam vir Do-
 mini, statim ut Ecclesia fundamenta iecit, Cru-
 cem Dominicam, quæ ibidem statueretur for-
 mari præcepit. Artifices verò vigilanter quidem
 institerunt, ut præceptum perficeretur: sed
 nullo modo diligentiam sequebatur effectus,
 Quotidie reiectis alijs, alia ligna cadebant, &
 nullatenus ex quolibet ligno quamvis electo sua
 artis

artis officium peragere valebant. Multo igitur labore, sed & maiori defessi tadio, omnino ab huiusmodi opere desistere decreuerunt. Quadam vero die, vir Beatus in quanda m deuenerat possessionem ad se pertinentem, mensaq; illi, iussu ipsius in pomario, quod domui suæ cōtiguum erat, parata est. Stabat pirus ex aduerso in altum porrecta, quæ ramis deductis, immo quasi brachijs distentis quodammodo, Domini effigiem manus in cruce expandentis, imitari videbatur. Cum itaq; sedens oculos, inter prandendum, fortuitis motibus deduceret: ecce tales effigies in arbore illa repente sese obiecit, miroq; modo ad primum intuitum quædam terrorem diuinum animo eius incussit. Nec mora, factò præ oculis illo familiari sibi signo Crucis, totus in se rediens rem diuinitus præuisam, suisq; oculis oblatam esse prudenter intellexit. Statim igitur, accersito Artifice, arborem illam succidi, & ex ea Crucem Dominicam, & in ea Saluatoris imaginem diligenter formari imperat; paruit ille, & compendio, satiq; efficaciter artem operis elegantia secuta est. Quid ex factò huiusmodi conijci potest nunquid de lignis, aut truncis Deo cura est; Vt iudicare debeat quod vel quale lignum sibi eligat aut eligere debuerit artifex. Sed reuera est aliud vnde

curat Deus, quod prudens auditor non inutiliter secundum hanc similitudinem contempletur. Nam signum Crucis, vel imaginem in recordationem Saluatoris Christianus veneratur populus, subleuatam ante oculos sicut Moyses in deserto serpentem aneum pro signo exaltauit, imitari honore secundarij debent pastores, quos spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, quam suo sanguine acquisiuit, vt vice Christi honorentur, quos vicem constat agere Christi, nimirum non humana presumptione, ad Dispensationem domus Dei sunt intrudendi, sed electione Dei vocandi, vt videlicet ille constituitur, quem Deus elegerit, quem vt praeferre mereatur, Deus velut operarium suum dignum spiritu sancto demonstrare dignatus sit. Recte ergo huius veritatis, huius diuinae electionis meminisse nos facit res ipsa quae poenè similiter accidit, dum non qualecunq; lignum, non quodcunq; volebant artifices, sed quod nutu diuino monstratum est, ad huius modi operis effectum perducere potuit.

XXXI. ✠

IN CAMPO TVITIENSI.

A NNO 1630. 25. Augusti, famuli duo
agrestes, cum Tuitio poti nonni-
hil,

hil, in Westhouen vicum suum, domum redirent, de pedum pernecitate inuicem se prouocarunt, proposito brauiio mensuræ vini, pactaque cursus metâ, fixâ in Tuitiensi campo insigni cruce lapidea. Horum alter, Otto Bocksprung, Syndromum suum victor anteuolans, priorq; metam assecutus, in scabellum siue podium illud, cui sub ambarualis processuionis statione, V. Eucharistia imponi consuevit, profiliens, temeraria manu crucem altiùs apprehendit. Nec mora profanam ad vocem est contactum, solutum extemplo desuper suffixi Saluatoris è lapide ponderosum caput, vna cum præfixo titulo, in Ottonis verticem tanra vi prolabitur, vt obtritum illi cerebrum pariter, & oculum è sedibus suis elideret, excussoque hominis sanguine Crux ipsa largiter tingeretur. Enectus prope modum huiusmodi casu atq; elinguis, delatus quidem Tuitium est sub chirurgi curam, sed biduò post, quod insanabile vulnus esset, hominem exanimauit. Constant hæc publicis ex actis Tuitiensibus, & institutæ desuper in-

quisitionis certissimis tabulis. Ac nolim ego hic quidem Diuini Iudicij abyssum, censura mea vestigare (potuit enim fortuito casu accidisse) commone-ri videmur nihilominus, vt in Diuinæ Maiestatis picta, sculptaue signa, ne quid leuius ausu vlllo temerario admit-
tamus.

XXXII. XXXIII.

XXXIV. ✠

BRAWILARENSIS.

*Segmē
ligni
Domi-
nici in
Bravvi-
ler.*

*Cruce
aurea
in Bra-
vviler.*

IN Abbatiali, Sanctorum Nicolai & Medardi Bravvilarensi Basilica, Altare maius, particulam ex Dominicæ Crucis ligno complectitur, aureaque ibidem Crucula conseruatur, qua Ioannes Pontifex, Beatissimos Coniuges, Ezonem Comitem Palatinum, & Mathildem Ottonis Tertij sororem donauit. Tertia ibidem Crux est ex Thonaburg castro, humeris iam dictæ Beatæ Mathildis eò translata. Cum enim, vt auctor est G. ad Beatum Wolphelmū, in msc. vita fundatorū Bravvilerensium,

Bea-

Beata Mathildis Cæcæ cuidam, coram **B. Mathildis à**
 S. Cruce, in castro Thonaburg, oculo- **Cruce**
 rum vsum, eiusdem Crucifixi in effigie **visum**
 adorati beneficio reddidisset, pro ma- **impe-**
 iori crucis veneratione ipsam illam in **erat cæ.**
 Bruvvilre honorificè transtulit. Hodie **cæ.**
 eadem argenteis vestita laminis, depen-
 det in medio choro, supra sepulchrum
 Beatorum Ezzonis Comitis Palatini &
 Mathildis, Fundatorum Bravvileren-
 sium.

XXXV. ✠

IN DIETKIRCHEN.

Frequens, & valde obuium est in **Cruces**
 diœcesi Coloniensi, cruces videre, **anti-**
 reliquijs sanctorum refertas, reperi in- **qua ve**
 terdum, quæ in dorso aut latere habe- **pluri-**
 rent, cardinibus appensa serisq̄ue mu- **mū re-**
 nita ostiola, vidique diploma, de Cru- **liquijs**
 ce celeberrima in Dietkirchen, cuius **referta.**
 lustrandæ causa, Syffridus Archiepisco-
 pus, ante quatuor ferè sæcula, se eo pro-
 fectum asserit. Tabulæ Syffridi sic ha-
 bent.

Littera Syffridus Dei Gratia sancta Colonienſis
Syffridi Eccleſie Archiepiſcopus, ſacri Imperij per Ita-
Archie- liam Arſhiccancellarius omnibus Chriſti fide-
piſcopi libus, litteras preſentes viſuris in perpetuum
1291. ſalutem, in omnium Saluatore. Quia fide dig-
deCru- norum relatione percipimus, intra lignum cor-
ce in poris Crucifixi ſancti ſimi Saluatoris Noſtri, in
Diet- Monasterio B. Petri de Dietkirchen, prope Bon-
kirchē. nam, noſtra Colonien. dioceſis, nonnullas ſan-
 ctorum reliquias ſanctas contineri. Nos ne tan-
 tus Theſaurus remaneat abſconditus, & vt i-
 pſis ſanctis reliquiis, honor debitus impenda-
 tur, ad ipſum Monasterium in Dietkirchen du-
Soror ximus perſonaliter deſcedendum, & in dilecta
Syffridi in Chriſto Syguidis Germana noſtra Abbatiſ-
Sygui- ſa, ac totius conuentus eiusdem monaſterij, tam
dis | Ab- Monialium quam Canonicorum, & aliorum
bariſſa. bonorum, & fide dignorum, tam Clericorum
 quam laicorum preſentia, & teſtimonio, di-
 ctam Crucem ſuper pulpitum, vbi Euangelium
 ſolet legi, ab antiquo pendentem; cum debita
 deuotione & reuerentia aperientes, comperi-
 mus Reliquias in Dei nomine multo quam ſpe-
 rauimus ampliores, ſicut noſtris oculis conſpe-
 ximus, & fide dignis litteris inuenimus conſi-
 gnatas. De quibus reliquijs, ex magna deuotio-
 nis affectu, particulas aliquas accipientes, reſi-
 duas

duas in eadem Cruce reclusimus nostri sigilli
 munimine consignatas. Nos vero ut predictis
 sanctorum reliquijs presertim in sancto tem-
 pore, à Christi fidelibus reuerentia amplior præ-
 beatur, de omnipotentis Dei & Beatorum Pe-
 tri & Pauli Apostolorum eius authoritate cõ-
 fesi, omnibus Christi fidelibus, verè pœnitenti-
 bus & confessis, ad predictum Monasterium
 accedentibus, vel mittentibus, qui eidem Mona-
 sterio, & personis ibidem Deo seruientibus, &
 ad fabricam eiusdem Ecclesie ruinosam, & ip-
 sius sancte Crucis reliquias. & Monasterij lu-
 minaria, de collatis sibi à Deo facultatibus ma-
 num porrexerint adiutricem, infra quindenam
 in festo ramis palmarum incipientem, & in o-
 ctava festi paschalis finientem, singulis diebus,
 40 dies & vnam Karenam, de iniunctis sibi
 pœnitentijs, misericorditer in Deo relaxamus.
 Præterea, omnibus sextis ferijs per circulum
 anni, vniuersis, memoratam Crucem, deuotè
 visitantibus, ob eiusdem viuifica Crucis hono-
 rem, & ipsius Domini reuerentiam Crucifixi, Dies in
 quadraginta dies, & vnam Karenam, de in-
 iuncta sibi pœnitentia similiter relaxamus. In visita-
 tur Ec-
 super ad honorem Beatissima Dei Genitricis tur Ec-
 Maria, de qua in dicto Monasterio pretiosa re-
 clesia
 liquia continentur, in singulis festiuitatibus e-
 Diet-
 iusdem kirchẽ.

Indulge
 tie Cru-
 cis in
 Dietkir-
 chen.

Reli- iusdem B. V. vsq; ad octauam, per circulum an-
 quia B. ni, omnibus Christi fidelibus ad predictum
 V. in Monasterium dicto modo accedentibus, vel
 Diet- mittentibus, charitatis intuitu, eandem indul-
 kirchē. gentiam duximus concedendam. In cuius rei te-
 stimonium & perpetuam firmitatem presen-
 tes litteras exinde conscriptas, sigillo nostro fe-
 cimus roborari, Actum, & datum Bonnæ An-
 no Domini millesimo ducentesimo nonagesimo
 primo pridie Kaleudas Aprilis.

XXXVI. ✠
 CAMPENSIS.

ORdo Cisterciensis, à singulari in
 Dominicam Passionem affectu
 celebratur, cuius Ordinis insignis pro-
 motor atque illustrator S. Bernardus,
 sub annū 1149. Coloniensibus sacram
 Crucis militiam, verbo & miraculis per-
 suasit. Idem pingi consuevit cum Cruce
 & reliquis amaræ Passionis armis, quasi
 cum myrrhæ fasciculo cordi adpresso.
 Neque abs re: tanto enim tamq; tene-
 ro Crucifixum Dominum amore com-
 plectebatur, vt lignea etiam Christi ex
 Cruce pendentis imago, hunc amoris
 æstum

æstum perſentiſcens , & flammam ex
 flamma, motumq; ex motu concipiens,
 inter brachia Bernardum collegerit.
 Cuius ſanè incendium hîc ingens fue-
 rit neceſſe eſt, cum lignum hoc aridum
 Saluatoris flammis in corde iam conce-
 ptis ad motum denique fuerit. Sed uti
 amoris, ita etiam indignationis æſtu, i-
 dem Crucis lignum concitari poſſe, ex-
 pertus didicit, ſenſitq; eiufdem Ordinis
 Religioſus, cui iam omnes ad pietatem
 ſenſus prope occalluerant. Hunc enim
 ad pſalmodias, ceu puerum ad nutricis
 nēnias obdormientem, ita non brachiis
 ſed manibus excepit Crux Veteris Cam-
 pi, ut æterno tandem ſopore caput incli-
 naret; rem B. Cæſarius Heiſterbacenſis
 Anno 1222. narrat lib. 4. Illuſtrium mi-
 raculorum cap. 38. *Vix ſunt duo, inquit,
 meſes elapſi, quod Dominus Abbas Campenſis
 retulit nobis de Monacho quodam, qui ſemper
 in Choro ſolebat dormire, rem terribilem valde:
 Nocte quadam, cum ex more dormiret, aliis
 pſallentibus, Crucifixus ex Altari venit, dormi-
 tantem excitauit, & tanto cum niſu maxillam
 eius percuffit, ut intra tertium diem more-
 retur.*

Crucifi-
 xus Ber-
 nardū
 ample-
 xatur.

Crucifi-
 xus ſo-
 cordens
 Mona-
 chum
 cedit.

XXXVII. CRVCIS.
IN VRVNDENBERG
Sacellum.

VRundenberg, Virginum Ordinis
Cisterciensis Monasterium, in
monte Haslei, secundum Rhuram Co-
mitatus Marcani fluuium, sacellum ve-
tus habet, sanctissimæ Cruci dicatum,
ob memoriam Crucis è cælo prodigio-
sè apparentis. Cum enim B. Menricus,
ex Lubecensi Canonico, Anachoreta,
& fundator Vrundébergensis, ab Hen-
rico de Moleuarck, Coloniensi Archie-
piscopo, facultatem peteret, Monasterij
illius condendi, & verò Archiepiscopus
eum examinans, propter nimiam sim-
plicitatē, rei perficiendæ inidoneum &
imparem metueret, ideoq; rogaret, vt
Menricus ostenderet, quanta ad huius-
modi Conuentum amplitudo deside-
retur, Beatus vir id se ostensurum rece-
pit, ductisq; in locum instituendi Cœ-
nobij Archiepiscopo, vnà cum Gode-
frido Arnsbergi, & Ottone Altenano
Comitibus, ac Ardeianis, aliisq; nobili-
bus

bus coram miraculosa B. M. V. statua, *Coram*
 in genua procumbens, è cœlo serenissi- *testibus*
 mo, lucidissimam precibus & lacrymis *illustrib*
 deduxit nubem, quæ locum Cœnobij *fulgens*
 describebat, in cuius quidem nubis me- *† è cœlo*
 dio, aureum Crucis signum clarissimis *descēdit*
 fulgebat radiis, & occasionem præbe-
 bat, in noua Basilica, extruendi sacel-
 lum, & aram Crucifixo Domino dedi-
 catam, quæ multa hæctenus habetur in
 veneratione.

XXXVIII. XXXIX. ✠

HEISTERBACENSIS.

Heisterbacum, Ordinis Cisterciē- *Heister*
 sis Cœnobium, à Philippo Heinf- *baci 2.*
 bergico, Coloniensium Archiepiscopo *sacræ*
 è monte Strombergh, in Vallem S. Petri *Cruces.*
 Anno 1191. translatum, duas habet (vt vide
 Cælarus auctor est) ex ipso, in quod Gode
 Saluator Noster sublatus est, Ligno, fridū
 Cruces: alteram nigri coloris ex Apulia Pātha
 quondam allatam, alteram coloris ru- *leoni-*
 bri, quam Anno 1208. ex Constantino- *tā Mo-*
 politana S. Sophia Ecclesia, Nobilis E- *nachū*
 ques Henricus de Vlmene contulit. ad an.
 Illam 1208.

Sacrā† Illam cum B. Christianus Heisterba cen
osculan sis, pio osculo veneraretur, deuotionis
do reci- sentum & donum lachrymarum mira-
pit do- culosè recepit. Vide B. *Cesarium lib. 4. Il-*
nū la- lustrum miraculorum c. 30. *Arnoldum VVion*
chryma in *Ligno Vita*, & *Menologium Cisterciense*, ad
rum B. diem 4. *Februarij*.

Christi
an^o Hei
sterba-
ensis.

XL. ✠
 ET SACELLVM
 in Suchterscheidt.

IN Satrapia Levvenburg Comitatus
 Montensis, Parochia Vckerade pa-
 gum habet Suchterscheidt. In eo cele-
 berrimum S. Crucis Sacellum est, ex vo-
 to miseræ quondam puerperæ constru-
 ctum. Cum enim gemellos edidisset,
 & illis, nescio quibus Numinis vindiciis
 (vti ferme de Mida dicitur) in Cruces,
 quæ contingerent, omnia mutarentur,
 votiuo S. Crucis Sacello condito, se ex-
 pians, flagellantis Numinis mitigauit i-
 ram, id quod ante quingentos ferme
 annos accidit. Diploma dotati postea
 Sacelli hic attexo.

In

In Nomine SS. Trinitatis, ad honorem
eiusdem, Amen.

Notum manifestumq^{ue} sit vniuersis Chri-
stianis, qui super laudabili fundatione
requisiti fuerint, vel ad quorum notitiam per-
ueniet, quod in loco, qui dicitur ad S. Crucem
in Suchterscheidt, infra Parochiam Vckenrade
Dei Omnipotentis dispositione, virtute sancta
ac saluifica Crucis diuersa & notabilia signa,
& miracula contigerunt, quae partim subse-
quenti scripto enarrantur. Inprimis Fœmina
quædam, duos habens filios, quidquid ab illis
contingebatur, statim in cruces mutabatur,
ob qua signa S. Crucis, prædicta fœmina Crucem
fabrefieri, & oratoriolum erigi curauit, ibi-
dem preces fudit, oblationem coram prædicta
Cruce fecit, vt DEVS OMNIPOTENS porten-
tosa hæc signa à filiis auferret, emisso voto, ma-
ter à signis & miseriis eximitur. Postmodum
sæpius supra dictum oratoriolum, in quo stabat
S. Crux, à dicta fœmina erecta, quatuor visa
sunt ardentia luminaria. Inde ob hæc signa, &
alia prædicta, creuit cum deuotione accursus
populi, ita vt prope domunculam sæpius dictam,
Iacellum erigeretur: quo erecto, vir quidam
S. Cru-

S. Crucem veneraturus accessit, preces fudit pro infirmitate, supplicavit, alteram enim tibi-
 arum confregerat, emissis precibus, coram S. Cruce, factaq; oblatione, sanus & integer recessit. Hæc, & alia multo plura, ibidem quæ conscripta non sunt, contigere miracula, ob quæ ut euentissima, ita verissima. singulari animi deuotione, quam erga S. Crucem habebat, mota Nobilis & generosa Domina Eua de Otgenbag, & honesta Domina Margareta de Borscheidt, vtraque Domina in Ehrenstein, quæ etiam in extremis petiit, vt huic S. Cruci maior cultus impenderetur, quam hactenus fuerat. Itaque strenuus Dominus Bertramus de Nesselrode, D. in Ehrenstein, Eques, Patriæ Montensis Marischalcus hereditarius, matura deliberatione expendens &c.

Literarum reliquum contextum ob nimiam prolixitatem hîc amputo. Argumentum hoc erat: dictos fundatores ad eius Crucis perennem venerationem alendo Sacerdoti perpetuam dorem constituisse, eandemq; Monasterio Patrum Crucigerorum in Ehrenstein vniuisse, imposita lege, vt pro Fundatorum parentibus, præsertim Guilielmo de Nesselrode, Susanna de Lansberg, at-
 quo

quæ Theoderico de Bortscheidt, &c.
Deum exoret. Literæ quatuor muniun-
tur sigillis, quorum est præcipuum Re-
uerendissimi Principis Iacobi Episcopi
& Comitis Cameracensis, Præpositi
Bonnensis, vti Archidiaconi.

XLI. ✠

CRANEBURGICA.

ANno Domini, post millesimum
ducentesimum octuagesimo, iux-
ta vetus Craneburgense oppidum, res
in paucis memorabilis accidit. Subur-
bani prædij Nienhoff dicti incola, o-
uium Pastor, Paschali tempore synaxim
ex manibus Henrici de Geldria, Crane-
burgensis parochi sumpsit, quam pala-
to adhærentem, cum deglutire non
posset, in saltu Imperiali vulgo *Reichs-
waldt*, vbi pecudes pascebat, arborem
conscendens, inter duorum ramorum
furcam, ore exemptam deposuit, & ad
ouium curam reuertit. Sed mox con-
scientiæ arctatus angustiis, rem totam
Domino Henrico Parocho, è cuius ma-
nibus sacram hostiam sumplerat, pate-
fecit.

E

fecit.

fecit. Hic cum Pyxide Eucharistica, Pastore ducente, saltum adiit, vterque arborem conscendit, vterque etiam sacram hostiam videt. Sed cum Parochus illi apprehendendæ manûs admouet, oculos subito, manusq; elabitur, atque arbori immersa insidet. Territus Spectaculo Sacerdos, atque ex arbore in terram se demittens, pronus quanta potest animi contentione Deum orat, obtestaturq; , vt quo tantæ rei vergat exitus, ante doceat, quam vitâ ignarum auocet. Manet interea negotij totius secretum, penes duos solum Pastores, hunc hominum, illum pecudum, donec post viginti & octo annorum decursum Henricus Parochus, quendam Geldriæ Ducis Ministrum, obsecrat, sibi vt arborem aliquam, ad instans Dominicæ Natiuitatis festum ne neget. Annus agebatur millesimus trecentessimus vicesimus & nonus, cum pro impetrata arbore amputanda & auhenda, Meiericum nomine, Ecclesiæ Craneburgensis ædituum mittit. Ille rei licet ignarus, arborem hanc offendit, & securi admota amputat. Quandoquidem verò magna
 im-

1329.

im-

in primis esset, altera tantum arboris pars, in festis Natalitiis absorpta est, altera verò pars reliqua, cum in Ministrorum Ecclesie vsum tempore Paschali in sumenda flammis destinaretur, feriã quartã, quæ à Palmis dictam præcedit diem Dominicam, Meiericus truncum findens, ex ipsa arboris medulla excutit atq; effundit Crucem, in quam Sacramenti species erant mutatæ. Nullo artificis instrumento, sed miraculoso Dei opere, inclinatum caput, & extensa brachia, ac sibi mutuo incumbentes pedes, clavo transfixi conspiciuntur. Postquam vno vertente anno, plurimis hæc Crux miraculis inclaruisset, eleuata est, atque annua supplicatio *Proces-* Crucis huic honorandæ indicta, *sio an-* hominum pietati vt miraculosa exposi- *nua ad* ta est. Ea supplicatio etiamnum multo- *† Cra-* rum millium concursu frequentatur. *nebur-* *gensem.* Hæc ex Craneburgensi Archiuo, ex quo etiam vidi diploma fundati Anno 1416. matutini Sacrificij Missæ, in quo Adolphus Cliuensis his vtitur verbis: *In honorem Dei cœli omnipotentis, Mariæ benedictæ Matris eius, & S. Crucis, qua in templo nostro*

E z que-

quotidianis signis & miraculis claret, perpetuum matutinum Sacrum instituentes &c.

XLII. ✠

BIRCKELSDORFENSIS, prope Marcodurum.

INter Marcodurum vetus oppidum, & Birckelsdorff, habitabat Molitor, cui ut plurimum ventus nullus iniquior erat, quam qui à fortuna proueniret, adeo ut quidquid illi Molendinum adstrueret commodi, destrueret sortis aduersæ impetus. Huic equi, boues, iumenta, & quidquid longo sudore partum, breuis sæpe euertebat aut pestis, aut casus alius. Quapropter redactus ad incitas & desperationem, ad ariolos, præstigiatricesq; confugit, quorum consilio, uti sunt in Sacramenta iniuriosi, Eucharistiam subter domus suæ limen superstitiosè velut in sepulchrum deposuit. Hoc quasi pessulo obiecto sagis aditum prohibiturus, quarum impiis machinationibus, malum omne consulti præstigiatores expensum ferebant. Obsequitur pessimo consilio, si-
mula-

mulata peccatorum confessione, sa- *Ex spe-*
 cram hostiam ore excipit, asseruatamq; *cieb. ve-*
 sub limine defodit: at subito conscien- *nerabi-*
 tiæ inquietæ sollicitatus stimulis, refo- *lis ho-*
 dit denuò, & vt sacri panis species ci- *stia, †*
 tius absumeretur, parti axis, in qua mo- *excre-*
 laris rota voluitur, imponit, ac mox ve- *scit.*
 xante synderesi inde eximit, & malum
 arborem terebrans, foramini illius insi-
 nuat, arcteque, ne quid pateat, obstruit.
 Sed neque scelus hominis, neque glo-
 riam suam Deus sub panis & arboris ve-
 lamento & cortice latitans, occultam
 esse voluit. Enimvero altera post die,
 inter ramos, feliciori quam arbor me-
 reretur propagine, Crucifixus excreuit.
 Latere enim tam pretiosi sub cortice se-
 minis fructus diu non potuit. Molitor
 vt vidit, tantum non obriguit, conster-
 natus, tam sceleris sui, quam diuinæ po-
 tentiæ magnitudine. Neque res tam in-
 uisa, tam inexpectata, fugere alios diu
 potuit. Itaque vt primum diuulgata est,
 ad sacrosanctæ Crucis, rei q; gestæ tum
 honorem, tum memoriam, ibidem loci, *† sponce*
 S. Crucis sacellum erectum est, quo *sua se*
 temporis iniuria collapsa, cum miracu- *† rāsferet*

lofam Crucem, Marcodurum quidam transtulissent, altero hæc die inuenta est in Ecclesiam Birekelsdorffianam miraculosè migrasse. Vbi quotannis, ipsi Inuentioni S. Crucis sacris feriis, maximo concursu colitur, & frequentem sanè febricitantibus in primis opem præstat.

XLIII. ✠
ELLENSIS, PROPE
Marcodurum.

A Pud Ellenses, Ordinis Præmonstrati Moniales, Crucis Dominicæ, non exiguam partem vidi asseruatam, & quam de illa narrationem, mecum eadem Virgines communicarunt, verbis Tabularij ipsarum adiicio:

Fuit quondam Virgo Nobilis, Sanctimonialis in Ellen, Ordinis Præmonstratensis, milli-ri infra Marcodurum, cui frater vnice dilectus erat. Hic in terram Sanctam proficiscens, rogatus à sorore, pro memoriali inde asserendo, pia petitioni annuens, obtinuit Hierosolymis particulam S. Crucis. Cum verò exorta magna tempestate in maris transitu, omnes de vita periclitarentur, iussi sunt à Nauis patrono omnia in mare

mare proiicere, vt in periculo tam praesenti vi-
tam saltem redimerent. Itaque inter reliquos, Crucis
bonus hic Nobilis, sua quoque eicere coactus, & segmen
arculam, in qua continebatur particula S. Cru- inter na
cis, (clauē penes se retenta) iniecit. Quo facto, uis one-
maris tempestas simul extemplo sedata est, si- ra in
mul eadem horā arcula eadem mirabiliter in mare
sinam sororis huius Nobilis perlata, qua tum tēpestuo
pia meditationi vacabat, re autem tam inso- sū eici-
lenti pia Virgo attonita, quid ageret ignorans, tur, &
tandem visum fuit ad tempus id factum conti- miracu
cere. Contigit paulo post, vt frater huiusce Vir- los è trās
ginis ex terra Sancta reuenteretur, sororemq; fertur.
in Ellen inuiferet, qui sollicitatus de promisso
memoriali ex terra Sancta adferendo, respondit
se habuisse quidem particulam S. Crucis arcu-
la inclusam, sed mari iniectam, quam sorori di-
lecta adferendam statuerat, perisse. Cum au-
tem mentio arcula fieret, soror attonita, roga-
uit, an si arculam videret, adhuc agnosceret:
quin imo respondit, adhuc arcula clauem se ha-
bere incolumem. Accurrit ergo Virgo letabun-
da, & arculam in cellula conseruatam fratri
demonstrat: qua visa frater obstupescens, in ge-
nua deuotè procidit, Lignum S. Crucis adorat.
Hic tantus thesaurus, cum per terram Iulia-
censem diuulgaretur, etiam ad aures Ducis Iu-
liacen-

Crucis
segmen
cultello
lesū sā-
guinem
stillat.

Hiero-
theca
crystal-
lū aptū
miracu-
lose ad-
fertur.

liacensis perfertur. Itaque Princeps particulam
S. Crucis secum diuidi, instantissime postulauit:
quod cum Sanctimoniales ei denegare non posse
iudicarent, particulam illam diuidere statue-
runt. Quod cum fieret, (mirabile dictu) ex
primo cultelli ictu sanguis effluxit, qui in ho-
diernum adhuc diem, in sanctissima illa parti-
cula apparet: hoc igitur tam insolito miraculo
illam diffindere desierunt. Facta igitur theca
argentea, ex piorum oblatione in magno pon-
dere, ad 30 ferme varia vitra allata, quorum
vnum aliquod quadraret theca, nullum tamen
inueniri potuit. Tandem ad portam Monaste-
rij venit quidam ignotus peregrinus, portans vi-
tra venalia, ac rogans an forte indigeant San-
ctimoniales vitro, pro monstrantia vel hiero-
theca aliqua: porrigensq; ostiario vnum vitrum
adferendum Sanctimonialibus. Quod cum pro-
bassent, vsquequaque theca conueniebat. Mit-
titur deinde ad portam, pro soluendo vitro, at-
que introducendo illo tam opportuno Mercato-
re, nemoq; comparuit amplius.

Illud Mirabile oculatis testibus perhibetur,
quod splendente Sole supra vitrum Theca, ap-
pareat intuentibus Ecce Homo, prolixis cri-
nibus, cum corona, & ligatis manibus, cum
pallio purpureo, Capite ad sinistram inclinato,
san-

*sanguinolenta prorsus facie, & oculis coruscis
ita visum penetrantibus, vt absque lachryma-
rum effusione, & commotione interna intueri
nemo possit.]*

Indulgentiæ Concessæ visitantibus
Crucem Ellensem.

Nos Ioannes, Dei & Apostolica Sedis gra-
tia Episcopus Cirenensis, Sacra Theolo-
gia Professor, Reuerendissimi in Christo Patris
ac Domini Hermanni Archiepiscopi per Ciui-
tatem & diocesin Coloniensem in Pontificali-
bus Vicarius Generalis, Vniuersis Christi fide-
libus presentes litteras inspecturis salutem sem-
piternam & sinceram in Domino charitatem.
Admirabile enim signum SS. Crucis, quod erit
in caelo cum Dominus ad iudicandum venerit,
& per quod ipse mundum redemit, qui ligno
perierat, nec non discipulorum gesta nos ad-
monent, vt in pelago huius mundi surgente pro-
cella ad lignum illud concurrere debeamus, hoc
sane lignum deuote considerationis indagine
contemplantes, & inter mentis arcana reuol-
uentes, quod in illa mundi salus. Dignum quin-
imo debitum esse censemus, vt sacratissima huius-
modi miraculose redimita loca gratiosis prose-
quamur

quamur impendys & indulgentiarum munerib.
 condecoremus. Et quia in Monasterio sanctimo-
 nialium in Ellen Ordinis Pramonstratensis de li-
 gno sanctissima Crucis sollemnis continetur pars,
 qua certis diebus populo manifestius ostenditur:
 cupientes igitur ut Monasterium iam dictum in
 suis structuris & adificijs reparetur, conseruetur
 & manuteneatur, libris, calicibus & luminari-
 bus & alijs Ecclesiasticis ornamentis cultu pro
 diuino requisitâ magis decentiâ fulciatur, mu-
 niatur, laudabiliterq; decoretur, congruè quo-
 que frequentetur, & ut Christi fideles eo liben-
 tius deuotionis orationisq; causa confluerent ad
 illud, ad reparationem, conseruationem manu-
 rentionem & munitionem huiusmodi prom-
 ptius manus porrigant adiutrices, quo ex his
 donis coelestis gratia vberius conspexerint se re-
 fectos, omnibus & singulis Christi fidelibus præ-
 fatis vere pœnitentibus & confessis vtriusq; se-
 xus, quod in festiuitatibus subscriptis scilicet
 Natiuitatis, Resurrectionis, Ascensionis Domi-
 ni nostri, atq; Pentecostes, Inuentionis, Exalta-
 tionis S. Crucis, & in ostensione eiusdem nec-
 non in festiuitatibus Gloriosa V. M. Conceptio-
 nis, Purificationis, Annuntiationis, Visitatio-
 nis, Assumptionis, Natiuitatis, & Presentatio-
 nis, B. Ioannis Baptiste, & Euangelista, & Bea-
 torum

torum Apostolorum Petri & Pauli aliorumq;
Apostolorum & sancti Thomæ Episcopi & Mar-
tyris Patroni huius inclyti Monasterij in dieq;
dedicationis, & singulorum Altarium Mona-
sterij ipsius, & per octauas omnium festiuita-
tum prædictarum, nec non omnibus diebus Do-
minicis, ac quartis & sextis ferijs per totum
annum deuotionis causa accesserint, ibidemq;
diuina officia audierint, quinq; Pater noster
totidemq; Aue Maria in eodem deuote dixe-
rint, vel orationes aliquas de aliquo patrono-
rum vel patronarum fuderint, aut qui dicto
Monasterio pro sua fabrica aut structura de
suis bonis à Deo sibi collatis manus porrexerint
adiutrices, vel qui in extremis laborantes quæ-
que suarum facultatum legauerint aut dona-
uerint, munus quodcumq; legauerint aut dona-
uerint, legari seu donari procurauerint, qui cœ-
miterium ibidem circumierint pro omnium fi-
delium salute orationem Dominicam deuote o-
rantes, seu qui in serotina Campana pulsatio-
ne ter Aue Maria flexis genibus pie dixerint:
toties, quoties aliquid præmissorum impleue-
rint, de omnipotentis Dei misericordia confisi, &
Apostolorum eius Petri & Pauli, quadraginta
dies indulgentiarum ex parte Reuerendissimi
Domini Archiepiscopi huius Coloniensis, toti-
dem

dem nostra ex parte de iniunctis eis penitentibus
 misericorditer in Domino relaxamus, quas in
 diebus Patronorum Patronarumq; singularum
 predictarum ab ipsa die dedicationis in aug-
 mentationem maioris gratia duplicamus. Da-
 tum Colonia in domo nostra solita residentia
 Anno Domini 1488. die vero 21. April.

XLIV. ✠

IN HEIMSBURG SVB SA-
 trapia Bilstein.

†Heims
 bergēsis
 multis
 oblatio-
 nib. ho-
 noratur

SVb Sarrapatu Bilsteiniano, in Wes-
 phalia pagus Heimshergh est, vbi in
 Ecclesiæ Parochialis S. Catharinæ me-
 ridionali latere, dicata SS. Cruci ara est,
 ad quam oua, butyrum, & quidquid a-
 gricolis siue ager siue penus domestica
 suppeditat, magno numero, & pietatis
 sensu deferunt, non dubio vtrique ar-
 gumento, multos ab hac S. Cruce, vitæ
 suæ, salutisq; ac fortunarum incremen-
 ta sensisse.

XLV.

CRUX IN GLADT.

GLadt, quod lubricum significat, pagus est Comitum in Geroltstein sub parochia *ſch.* Hic sacellum S. Cruci dicatum reperitur, in quo plures multam antiquitatem spirantes reliquiarum hierothecæ, armis præsertim insignitæ, Dominorum de Iunternordorff, rubro scilicet Leone in Clypeo aureo: Est inter alias, vetus crux argentea, quæ Dominici ligni particulam tenet, cuius causa ipsum templum vetustis sæculis extructum, & dicatum putatur.

*Segmē
S crucis
in Glad
vetusto
sacello.*

XLVI. ✠

IN IUNCKENRADT.

Est & S. Crucis segmen, in Iunckenradt, pago Eiffliæ, quæ veteris Ardennæ pars est, Famosus eo populi cōfluxus, in sacris inuentæ & exaltæ Crucis ferijs.

*Crux in
Iunckē
radt.*

XLVII.

XLVII. ✠
TVLPETENSIS.

TOlbiaci (quod vetus, sub Archiepiscopo Coloniensi oppidum, à Victoria Clodouei Regis celebratur) in B. M. V. Ecclesia magnificū est odeum & tholus, vbi altare, & simulachrum Christi in Crucem sublato continetur, in quo sanctæ Crucis reliquiæ reconditæ antiquo S. Crucis sodalitis honorantur.

XLVIII. ✠
MONS CALVARIÆ AR-
vvileranus.

Ad Aquilam, seu Arulam fluvium, qui ex opposito Lintzij, inter Andernacum, & Bonnam Rheno miscetur, oppidum Arwiler spectat in oriente amœnum, & ad pietatem à natura compositum collem, olim Cop, id est, promontorium dictum deinceps verò ob Dominicæ Passionis recordationē, Caluariæ montem appellant. Ambientes vineæ, & circumiecta prata deuotionis sensum suavi aspectu pascunt.

Ad

Ad facellum huius promontorij frequentissimæ supplicationes exeunt, initiumque sumunt ex parochiali intra oppidum ecclesia, perguntq; per viam, ad honorem septem effusionum sanguinis, & lapsuum Seruatoris nostri, ærumnarumq; Matris virginis; septem exornatam monumentis. Horum primum ad Arulanam portam stationem præbet, alterum aliquot ab oppido passibus secundum fluuium. Quo per portem transmissio, tertium se offert monumentum, & statio ad pagum Genetshem, quem ab horto Getsemani, corrupto vocabulo, dici suspicantur, quod maiores istic stationem infigere soliti fuerint, in memoriam reuocantes, quæ Christo ultra torrentem, in horto euenerunt. Quartum ab egressu pagi monumentum occurrit: Quintum in montis pede: sextum medio in ascensu: postremum in editiore apice constructum est. Quotidiana hic oppidanorum, & circumiacentis populi deuotio ita firmiter omnium animis impressa est, vt quot hebdomadis festos dies non satis piè, & sancte se peregisse credant, si in-

termiserint montis huius visitationem.
 Non ita pridem etiam, pia incolarum
 conspiratione, nouum illic templum,
 excitatum, in cuius umbilico, instar
 Dominici sepulchri mansoleum erectum.
 Religiosi quoque Patres, Ordinis S.
 Francisci de Observantia, locum hunc
 à Serenissimo Principe Electore nostro
 FERDINANDO Bauaro &c. assecuti,
 cœnobium ibidem moluntur. Quas
 superiore seculo, Alexander Papa VI.
 ad veterem hoc in monte pietatem au-
 gendam, concessit indulgentias, hic
 subtexo:

Indulgentiæ in Arweiler.

Cliuerius Sabinen. Georgius Tusculanus
 Ieronimus Prænestin. & Laurentius Ab-
 banensis, Episcopi, Ludouicus Ioannes, tituli
 sanctorum quatuor Coronatorum, Ioannes An-
 tonius tituli SS. Nerci & Archillei, Ioannes ti-
 tuli sanctæ Priscæ, Bernardinus tituli S. Crucis
 in Hierusalem, Ioannes tituli S. Susanna, Do-
 minicus tituli S. Nicolai inter imagines, Guil-
 lermus tituli sanctæ Pudentiana, & Petrus
 tituli S. Cyriaci Presbyteri, Raphael S. Georgij
 ad

ad velum aureum, Iulianus SS. Sergij & Ba-
 chi, Ioannes S. Mariae in Domnica, & Frideri-
 cus S. Theodori, Diaconi miseratione diuina sa-
 crofancta Ecclesia Romana, Cardinales. Vniuer-
 sis & singulis Christi fidelibus presentes litte-
 ras inspecturis salutem in Domino sempiter-
 nam.

Quanto frequentius fidelium mentes ad o-
 pera charitatis inducimus, tanto salubrius ani-
 marum suarum saluti prouidemus: cupientes, i-
 gitur vt Capella Passionis Domini sita in loco
 quondam Cop nunc autem mons Caluarie nū-
 cupato, prope oppidum Arrveilre Coloniensis
 dioecesis, congruis frequentetur honoribus, & a
 Christi fidelibus iugiter veneretur, ac in suis
 structuris ac edificijs debite reparetur, conser-
 uetur, & manu teneatur, nec non libris, calici-
 bus, luminaribus, ornamentis Ecclesiasticis &
 rebus alijs pro diuino cultu inibi necessariis de-
 center muniatur. Vtq; Christi fideles ipsi eo li-
 bentius deuotionis causa confluant ad eandem,
 & ad reparationem conseruationem manu-
 tentionem & munitionem huiusmodi manus
 promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibi-
 dem dono caelestis gratiae vberius conspexerint
 se resectos. Nos Cardinales praefati videlicet
 quilibet nostrum supplicationibus dilectorum

nobis in Christo Ioannis Balistarij & Ioannis
 Barbitonforis laicorum eiusdem Capella prouisi-
 forum, ac vniuersorum hominum communita-
 tis dicti Oppidi nobis super hoc humiliter porre-
 ctis inclinati, de omnipotentis Dei Misericordia
 ac BB Petri & Pauli Apostolorum eius aucto-
 ritate confisi, omnibus & singulis Christi fide-
 libus vtriusq³ sexus vere pœnitentibus & con-
 fessis, qui dictam Capellam in singulis videlicet
 Pascha, & Lancea clauorum ac lamentationis
 B. Maria Virginis, nec non Inventionis S. Cru-
 cis, ipsiusq³ Capella dedicationis festiuitatibus
 & diebus à primis vespers ad secundas vsq³ ve-
 speras inclusiuè deuote visitauerint annuatim,
 & ad præmissa manus porrexerint adiutrices,
 pro singulis festiuitatibus siue diebus prædictis
 quibus id fecerint, centum dies de iniunctis eis
 pœnitentijs misericorditer in Domino relaxa-
 mus, præsentibus perpetuis futuris temporibus
 duraturis. In quorum fidem literas nostras hu-
 iusmodi fieri nostrorumq³ sigillorum fecimus
 appensione maniri. Datum Rome in domibus
 nostris Anno à Natiuitate Domini millesimo
 quingentesimo secundo, die vero quarta decima
 mensis Februarij. Pontificatus SS. in Christo
 Patris & Domini nostri Domini Alexandri di-
 uina prouidentia Papæ sexti Anno decimo.

XII. ✠

VARIA ALIA S. CRUCIS
monumenta, per diœcesin
Colonienſem.

Sunt etiam complura alia, ſanctiſſi-
ſimæ Crucis dicata per diœcesin Co-
lonienſem loca, à miraculis, opinione
vetuſtatis, populi votis, ſupplicationi-
bus, religioſâ obſervantiâ, atque indul-
gentijs Pontificum celebrata. Inter
quæ, numero Creutzberg, veterem
prope inſulam S. Swiberti pagum; de-
inde aram, & crucem antiquam, in Col-
legiata Iuliacenſi Eccleſia: pagum item
Notberg prope Marco-Durum: & ibi-
dem pagum Creutzauv, & Wollerſ-
heim à celebri proceſſione feſto inuen-
tæ crucis famoſum. Sacellum quoque
in arce Bettelhouen, ſubiectâ Dominio
familix Serſen à Singig: Denique,
Cruces propè innumeras, quas per vni-
verſam diœceſim, Sereniſſimus Archi-
epiſcopus & Princeps Elector FERDI-
NANDVS &c. contra fulgura, tempeſta-
tes, & malignas ſtrygum machinationes

Creutz
berg.Not-
berg.Su-
lich.Creutz
auv.Wol-
leiſ-
heim.Beto-
telho-
uen.

Carauacana †.

84

Staurologia

statui iussit, Carauacanas dictas, ob similitudinem cum miraculosa ea cruce, quæ Carauacæ Hispaniæ in oppido colitur.

L. ✚

MOGUNTINO-COLONIENSIS.

NOstratibus Crucibus libet quoque adnumerare illam, quam ex vbijs olim spontè sua Moguntiam migrasse, ac demum flammis absumptam, sub tempus belli rustici perhibent. De qua Serarius in hist. Moguntina cap. 31. lib. I.

Ex Serarij Moguntia cap. 31. lib. I.

Templum B. Mariae in campis olim vocatum, nunc sanctæ Crucis, quia insigni S. Crucis miraculo nobilitatum. Et M. S. quidem minor in Archiepiscopo XVIII. duplicem narrat Crucis imaginem, quæ miraculo diuinitus illustrata sit: & vnâ ait in templi testudine, quæ Moguntiam venientes nautas ita sponte secuta sit, ut cum insistentibus insisteret, cum nauigantibus,

tibus, aduerso etiam flumine, tenderet quo
 ad Moguntinum attigisset littus. Vbi bobus
 iniungibus & solutis imposta, huc loci, agente
 ducenteq; nullo, delata sit. Atq; hanc Bran-
 deburgicum, de quo c. 7. absumpsit incendium,
 ita, vt non nisi apud paucos & fere seniores, il-
 lius aliqua resideat memoria. Didici autem ab
 horum aliquibus, eam in superiore templi par-
 te ad igneum vsq; annum illum seruatam: pre-
 ces ibi & dona Christo Iesu Crucifixo, cum a-
 lias ob causas, tum ob febrim maxime depel-
 lendam, oblata: loci, in quo Moguntinam
 Rheni ripam primo subierit, indicem esse illam
 Crucis imaginem, qua postmodum, in vrbis
 muro subinde picta fuit: & nunc, portas inter
 lignariam & bombardariam, sordibus, qua-
 drisq; asserum venalium struibus pænè occuli-
 tur. Et verò eandem illam sibi, Petroq; fabro,
 vni è Societatis Iesu decem primis conspectam,
 pieq; cultam refert noster pia memoria Petrus
 Canisius in literis, quarum l. 5. in Car-
 dinale Alberto, erit men-

tio.

F 3

EPILO-

EPILOGVS.

Quidquid, Christiane Lector, ad
 illustrandam S. Crucis gloriã, hac
 in Staurologia attuli, S. R. E. iudicio, ac
 cęsurę subiectum esto; Quidquid præ-
 termisi, aut minus dixi, id me vt mone-
 as, atq; edoceas magnopere precor. Et-
 si enim, cum non mediocri vestigatio-
 nis meę pretio, ac fructu, Coloniensis
 diœcesis arcana sacra peruager hæcte-
 nus: nõdum mihi tamen omnia videor
 vsquequaque affecutus. Proinde, si qua
 celebrior Crux à me præterita vel om-
 ninò sit, aut minùs certè elucubrata;
 nihil ea propter de illius claritudine
 delibatum equidem, decerptumq; ve-
 lim: quin vbi monitus neglectum fue-
 ro, socijs eam Crucibus accensurum
 me, mendaq; emendaturum polliceor.
 Vale Staurophile, & his interim fru-
 ere.

scripsit J. J. V. Paderb. 1657.

Omnia ad maiorem S. Crucis gloriam.

A N - ✠ - N O

IesVs erIt aVXILIVM De tri-
 bVLatIone

IN STAVROLOGIAM
REVERENDI DOMINI L. ÆGIDII
Gelenij, &c.

Indefessa tua, GELENI, industria Musæ,
Contemnit steriles, læta labore, dies,
Et conatur adhuc, & adhuc ostendere mundo
Quam studijs statuas otia nulla pijs.

Prima Engelberti sudavit cura triumpho,
Et miris tanti, demeritisq; viri,

Alter a succedens, Pretiosa nomine Theca,
Dignatos superum scripsit honore Patres.

Tertia nunc sacro patrata in stipite signa,
Cui Christus vires addidit, arte refert.

Perge ornare Crucem, sic magni Rector Olympi,
In vita nunquam det tibi ferre crucem.


Faciebat P. à Streithagen Cano:


Heinrb. D. & amico suo


non è multis.


Errata, præter commata; beneuolo Lector sic corrige.

Pag. 35. linea vltima lege: vt præter legitima testimonia etiam fama est, Bodo. pa. 48. lin. 13, ante vocem deportationis pro puncto leg. comma, p. 51. lin. 13. leg. talis, p. 52. lin. 16. pro sito leg. sit, p. 53. lin. 15. pro est leg. & p. 56. lin. 14. pro æterno leg. lethali, ibidem lin. 6. à fine lege desideraretur.









Stammrolle der ...

N

Th
493